fuderit. atꝗ ita emundabit̃ vr̃a poſſeſſio me
cõmorante vobiſcũ. Ego eñ ſuʒ dñs q̃ habi-
to inter filios iſrael. XXXVI

Acceſſerũt aũt ⁊ p̃ncipes familiaꝝ ga
laad filij machir filij manaſſe d̃ ſtirpe
filiorũ ioſeph locutiꝗ ſunt moyſi co
ram p̃ncipibus iſrael atꝗ dixerũt. Tibi dño
noſtro p̃cepit dñs vt terrã ſorte diuideres fi
lijs iſrael: ⁊ vt filiabus ſalphaad fratris nr̃i
dares poſſeſſionẽ debitã pr̃i quas ſi alterius
tribus hoies vxores acceperint. ſequet̃ poſ-
ſeſſio ſua ⁊ trãſlata ad aliam tribũ de nr̃a he-
reditate minuet̃: atꝗ ita fiet vt cum iubileus
id eſt. q̃nquageſim⁹ annus remiſſionis adue
nerit cõfundat̃ ſortium diſtributio. ⁊ alioruʒ
poſſeſſio ad alios tranſeat. Rñdit moyſes fi-
lijs iſrl̃ ⁊ dño p̃cipiente ait. Recte tribus fili-
orum ioſeph locuta ẽ. ⁊ hec lex ſup filiab⁹ ſal
phaad a dño ꝓmulgata eſt. Nubãt q̃b⁹ vo-
lunt: tm̃: vt ſue tribus hominib⁹ ne cõmiſcea
tur poſſeſſio filiorũ iſrael de tribu in tribum.
Om̃es eñ viri ducent vxores de tribu ⁊ co-
gnatione ſua: ⁊ cuncte femine de eadeʒ tribu
maritos accipiẽt. vt hereditas ꝑmaneat i fa-
milijs. nec ſibi miſceant̃ trib⁹ ſed ita maneant
vt a dño ſepate ſũt. Fecerũtꝗ filie ſalphaad
vt ſibi fuerat imꝑatum. ⁊ nupſerũt maala et
therſa ⁊ egla ⁊ melcha et noa filijs patrui ſui
de familia manaſſe q̃ fuit filius ioſeph et poſ
ſeſſio que illis fuerat attributa mãſit in tribu
⁊ familia pr̃is earũ. Hec ſũt mandata atꝗ iu
dicia que mãdauit dñs ꝑ manũ moyſi ad fili
os iſrael in campeſtribus moab ſupra iorda-
nem cõtra hiericho.

Explicit liber Numeri. Incipit liber elleadda-
baberim q̃ deutronomiũ p̃notat̃. Caplm I

Hec ſũt ver
ba que locutus eſt moy
ſes ad om̃em iſrael trãs
iordanem in ſolitudine
campeſtri contra mare
rubrum. inter pharan ⁊
thofel ⁊ laban ⁊ aſeroth
vbi auri ẽ plurimũ vndecim diebus de oreb
ꝑ viã montis ſeir vſꝗ cadeſbarne. Quadrage
ſimo anno vndecimo mẽſe p̃mo die mẽſis lo-
cutus eſt moyſes ad filios iſrael om̃ia q̃ p̃ce
perat illi dñs. vt diceret eis. poſtq̃ ꝑcuſſit ſe
on regẽ ammorreorũ: qui habitauit in eſebõ.
⁊ og regẽ baſan qui mãſit in aſeroth ⁊ i edrai
trãs iordanem i terra moab. Cepitꝗ moyſes
explanare legem ⁊ dicere. Dñs de⁹ nr̃ locut⁹
eſt ad nos in oreb dicens. Sufficit vobis ꝙ i
hoc monte manſiſtis. Reuertimini ⁊ venite
ad montem ammorreoruʒ. ⁊ ad cetera que ei
ꝓxima ſunt campeſtria atꝗ montana et hu
miliora loca contra meridiẽ ⁊ iuxta litus ma
ris. terrã chananeorũ ⁊ libani vſꝗ ad flumẽ
magnũ eufraten. En inquit tradidi vobis:
Ingredimini ⁊ poſſidete eam: ſup quaʒ iura
uit dñs patrib⁹ veſtris abraam iſaac ⁊ iacob
vt daret illã eis ⁊ ſemini eoꝝ poſt eos. Dixi-
ꝗ vobis illo in tempe. Nõ poſſum ſolus ſu
ſtinere vos. quia dñs deus veſter multipli-
cauit vos: et eſtis hodie ſicut ſtelle celi pluri-
mi. Dominus deus patrũ veſtrorum addat
ad hunc numerum multa milia: ⁊ benedicat
vobis ſicut locutus eſt. Non valeo ſolus ne-
gocia vr̃a ſuſtinere ⁊ pondus et iurgia. Da-
te ex vobis viros ſapientes ⁊ gnaros quorũ
conuerſatio ſit probata in tribubus veſtris:
vt ponam eos vobis principes. Tunc reſpõ
diſtis mihi. Bona res eſt quam vis facere.
Tuliꝗ de tribubus veſtris viros ſapiẽtes
et nobiles ⁊ conſtitui eos principes tribunos
et centuriones ⁊ quinquagenarios ac deca
nos qui docerent vos ſingula. precepiꝗ eis
dicens. Audite illos et quod iuſtum eſt iudi
cate. Siue ciuis ſit ille ſiue peregrinus: nul
la erit diſtantia perſonarum. Ita paruũ au
dietis vt magnuʒ. nec accipietis cuiuſq̃ per
ſonam: quia dei iudiciũ eſt. Qꝺ ſi difficile vo
bis viſum aliquid fuerit: referte ad me. ⁊ ego
audiam. Precepiꝗ eis omnia que facere de
beretis. Profecti autem de oreb tranſiuim⁹
per heremum terribilem ⁊ maximam ſolitu-
dinem quam vidiſtis per viam montis am
morrei. ſicut preceperat dominus deus no
ſter nobis. Cumꝗ veniſſemus in cadeſbarne
dixi vobis. Veniſtis ad montem ammorrei
quem dominus deus veſter daturus eſt vo
bis. Vide terram quam dominus deus tuus
dabit tibi. Aſcende et poſſide eam. ſicut locu-
tus eſt dominus deus noſter patribus tuis.
Noli timere: nec quicq̃ paueas. Et acceſſi
ſtis ad me omnes atꝗ dixiſtis. Mittam⁹ vi
ros qui conſiderent terram. et renunciẽt per
quod iter debeamus aſcendere. ⁊ ad quas ꝑ
gere ciuitates. Cumꝗ mihi ſermo placuiſſet:
miſi ex vobis duodecim viros ſingulos de
tribubus ſuis. Qui cum perrexiſſent ⁊ aſcen
diſſent in montana venerũt vſꝗ ad vallem
botri. ⁊ conſiderata terra ſumentes de fructi
bus eius. vt oſtenderent vbertatẽ attulerũt
ad nos atꝗ dixerũt. Bona eſt terra quã do
minus deus noſter daturus eſt nobis. Et
noluiſtis aſcendere ſed increduli ad ſermonẽ
domini dei nr̃i murmuraſtis i tabernaculis
vr̃is. atꝗ dixiſtis. Odit nos dñs. et idcirco
eduxit nos de terra egypti vt traderet nos in
manu ãmorrei atꝗ deleret. Quo aſcẽdemus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nūciȷ̄ terruerūt cor noſtrū dicētes: Maxima
multitudo eſt. ⁊ nobis ſtatura ꝓcerior. Ur-
bes magne. ⁊ ad celū uſqꝫ munite Filioſ ena-
chim vidimus ibi. Et dixi vobis. nolite me-
tuere: nec timeatis eos. Dn̄s deus q̄ ductor
eſt nr̄: ꝓ vobis ip̄e pugnabit. ſicut fecit ī egy-
pto cunctis vidētibꝰ. ⁊ in ſolitudine ipi vidi-
ſtis. Portauit te dn̄s deus tuus vt ſolet ho-
mo geſtare puulum filiū ſuum in omni via ꝑ
quā ambulaſtis donec veniretis ad locū iſtū
Et nec ſic quidē credidiſtis domino deo vr̄o
q̄ preceſſit vos in via: ⁊ metatus ē locū ī quo
tentoria figere deberetis. nocte oſ̄dens vob
iter ꝑ ignē. ⁊ die ꝑ colūnam nubis. Cūqꝫ au-
diſſet dn̄s vocē ſmonū vr̄oꝝ. iratus iurauit
⁊ ait. Nō videbit quiſpiā de hominibꝰ gene-
ratiōis huiꝰ peſſime terrā bonā quā ſub iura-
mēto pollicitꝰ ſum pr̄ibus vr̄is: p̄ter caleb
filiū iephone: Ip̄e em̄ videbit eam. ⁊ ipſi da-
bo terrā quā calcauit. ⁊ filiȷ̄s eius: quia ſecu-
tus ē dn̄m. Nec mirāda indignatio in popu-
lum. cū mihi quoqꝫ iratus deꝰ ꝓpter vos di-
xerit. Nec tu igredieris illuc. ſed ioſue filius
nun miniſter tuꝰ ip̄e itrabit ꝓ te. Huc exhor-
tare ⁊ robora. ⁊ ip̄e ſorte terrā diuidet iſraeli.
Paruuli vr̄i de q̄bus dixiſtis ꝙ captiui du-
cerent. ⁊ filiȷ̄ q̄ hodie boni ac mali ignorāt di-
ſtantiā. ipſi ingredient: ⁊ ipſis dabo terraꝫ ⁊
poſſidebūt eā: vos aūt reuertimini ⁊ abite in
ſolitudinem ꝑ viam maris rubri. Et reſpon-
diſtis mihi. Peccauimꝰ dn̄o. Aſcendemuſ ⁊
pugnabimus. ſicut p̄cepit dn̄s deus nr̄. Cū-
qꝫ inſtructi armis ꝑgeretis in monteꝫ. ait mi-
hi dn̄s. Dic ad eos: Nolite aſcēdere neqꝫ pu-
gnetis. Nō em̄ ſum vobiſcum ne cadatis co-
ram inimicis vr̄is. Locutus ſum ⁊ non audi-
ſtis. ſed aduerſantes impio dn̄i: ⁊ tumentes
ſupbia aſcendiſtis in montē. Itaqꝫ egreſſus
ammorreus qui habitabat in mōtibꝰ ⁊ obui-
am veniens ꝑſecutus ē vos ſicut ſolēt apes
ꝑſequi. ⁊ cecidit de ſeir uſqꝫ horma. Cūqꝫ re-
uerſi ploraretis corā dn̄o nō audiuit vos: nec
voci vr̄e voluit acquieſcere. Sediſtis ergo ī
cadeſbarne multo tempꝫe. II

Profectiqꝫ inde venimus in ſolitudi-
nem que ducit ad mare rubrū ſicut mi-
hi dixerat dn̄s. ⁊ circuiuimꝰ monteꝫ
ſeir longo tempꝫe. Dixitqꝫ dn̄s ad me. Suffi-
cit vobis circuire montē iſtū ite contra aqui-
lonē ⁊ populo p̄cipe dicēs Trāſibitis ꝑ ter-
minos fratrū veſtroꝝ filioꝝ eſau q̄ habitāt
in ſeir. ⁊ timebunt vos. Uidete ergo diligen-
ter ne moueamini contra eos. Neqꝫ eniꝫ da-
bo vobis de terra eoꝝ quantū pōt vniꝰ pe-
dis calcare veſtigiū. quia in poſſeſſioneꝫ eſau
dedi mōtē ſeir. Cibos emetis ab eis pecunia
⁊ comedetis: aquā emptaꝫ haurietis ⁊ bibe-
tis. Dn̄s deus tuuſ bn̄dixit tibi in omni ope-
re manuū tuarū. Nouit iter tuū: q̄uo trāſieris ſo-
litudinē hāc magnaꝫ ꝑ quadraginta annos
habitans tecū dn̄s deꝰ tuus. ⁊ nihil tibi defu-
it. Cūqꝫ tranſiſſemꝰ fratres nr̄os filios eſau.
qui habitabant in ſeir ꝑ viam campeſtreꝫ de
helath ⁊ de aſiongaber: venimꝰ ad iter quod
ducit in deſertum moab. Dixitqꝫ dn̄s ad me.
Nō pugnes cōtra moabitas: nec ineas aduer-
ſus eos p̄liū. Non em̄ dabo tibi q̄cq̄ꝫ d̄ terra
eorum: quia filiȷ̄s loth tradidi eam in poſſeſſi-
onem. Emim p̄mi fuerūt habitatores eiꝰ po-
pulus magnus ⁊ validus ⁊ tā excelſus vt de
enachim ſtirpe q̄ſi gigātes crederent. ⁊ ſimi-
les filioꝝ enachim. Deniqꝫ moabite appel-
lant eos emim. In ſeir aūt pꝛiꝰ habitauerunt
horrei q̄bꝰ expulſis atqꝫ deletis habitauerūt
filiȷ̄ eſau ſicut fecit iſrael in terra poſſeſſionis
ſue quā dedit illi dn̄s. Surgētes ergo vt trā-
ſiremus torrentē zareth venimus ad eū. Tē-
pus aūt quo ambulauimꝰ de cadeſbarne vſ-
qꝫ ad tranſitū zareth trigita ⁊ octo annoꝝ fu-
it: donec ꝯſumeret ōis cōgregatio hoīm bel-
latorū de caſtris ſicut iurauerat dn̄s. cuiꝰ ma-
nus fuit aduerſus eos vt interirēt de caſtro-
rū medio. Poſtq̄ꝫ aūt vniuerſi ceciderūt pu-
gnatores locutus eſt dn̄s ad me dicens. Tu
trāſibis hodie terminos moab vrbē noīe ar:
⁊ accedēs in vicinia filioꝝ āmon caue ne pu-
gnes ꝯtra eos nec mouearis ad p̄liuꝫ. Nō em̄
dabo tibi de terra filioꝝ āmō quia filiȷ̄s loth
dedi eā in poſſeſſionē. Terra gigantū reputa-
ta eſt. ⁊ in ipſa olim habitauerunt gigantes:
q̄s āmonite vocāt zomim. ꝑl̄s magnꝰ ⁊ mul-
tus et ꝓcere longitudinis. ſicut enachim q̄s
deleuit dn̄s a facie eoꝝ. ⁊ fecit illos habitare
ꝓ eis: ſicut fecerat filiȷ̄s eſau qui habitant in
ſeir delens horreos. ⁊ terrā eoꝝ illis tradēs
quā poſſidēt vſqꝫ in p̄ns. Eueos quoqꝫ q̄ ha-
bitabāt in aſerim vſqꝫ gazā cappadoces expu-
lerunt qui egreſſi de cappadocia deleuerunt
eos. ⁊ habitauerūt ꝓ illis. Surgite ⁊ trāſite
torrentē arnon. Ecce tradidi in manu tua ſe-
on regem eſebon āmorreū ⁊ terram eiꝰ incipe
poſſidere. ⁊ ꝯmitte aduerſus eū p̄liū. Hodie
incipiam mittere terrorē atqꝫ formidinē tuaꝫ
ī ꝑl̄os q̄ habitāt ſub om̄i celo ⁊ audito noīe
tuo paueant ⁊ in morem parturientiū cōtre-
miſcant. ⁊ dolore teneant. Miſi ergo nunci-
os de ſolitudine cademoth ad ſeon regeꝫ eſe-
bon v̄bis pacificis dicēs: Trāſibimꝰ ꝑ terrā
tuā: publica gradiemur via: n̄ declinabimꝰ ne-
qꝫ ad dexteram neqꝫ ad ſiniſtram. alimēta ꝓ-
cio vende nobis vt veſcamur. aquam pecu-
nia tribue. ⁊ ſic bibemus. Tm̄ ē vt nobis cō-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cedas ꝑtranſitum. ſicut fecerũt filij eſau q̃ ha-
bitant in ſeir. ⁊ moabite qui morant̃ in ar do
nec veniamus ad iordanẽ. ⁊ trãſeamꝰ ad ter-
ram quã dñs deus noſter daturus eſt nobis
Noluit ſeon rex eſebon dare nobis tranſituʒ
quia indurauerat dñs deus tuꝰ ſpiritũ eius.
⁊ obfirmauerat cor illius ita vt traderetur i
manus tuas ſicut nũc vides. Dixitqꝫ domi-
nus ad me. Ecce cepi tibi tradere ſeon ⁊ t̃raʒ
eius. incipe poſſidere eã. Egreſſuſqꝫ eſt ſeon
obuiam nobis cũ omi ꝓplo ſuo ad prelium in
iaſa. ⁊ tradidit euʒ dñs deus nr̃ nobis. ꝑcuſ-
ſimuſqꝫ eum cũ filijs ſuis ⁊ omi ꝓplo ſuo: cũ-
ctaſqꝫ vrbes in tempore illo cepimus interfe-
ctis habitatoribus earũ viris ac mulieribus
⁊ paruulis. Non reliquimꝰ in eis quicq̃ꝫ abſqꝫ
iumẽtis. que in ꝑtem venere ꝑdantiũ. ⁊ ſpo-
lijs vrbium quas cepimus ab aroer que ẽ ſu-
per ripam torrentis arnon oppido. qd̃ in val
le ſitum eſt vſqꝫ galaad. Nõ fuit vicus ⁊ ciui
tas que nr̃as effugeret manus. Oẽs tradidit
dñs deus nr̃ nobis: abſqꝫ terra filiorũ ammõ
ad quã nõ acceſſimus ⁊ cũctis que adiacent
torrenti ieboc ⁊ vrbibꝰ montanis. vniuſiſqꝫ
locis a quibus nos ꝓhibuit dominus deus
noſter. III

Taqꝫ cõuerſi aſcendimꝰ ꝑ iter baſan
Egreſſuſqꝫ ẽ og rex baſan in occurſũ
nobis cum populo ſuo ad bellanduʒ
i edrai. Dixitqꝫ dñs ad me: Ne timeas eum:
quia in manu tua traditus eſt cũ omi popu-
lo ac terra ſua: facieſqꝫ ei ſicut feciſti ſeon re-
gi ammorreorũ qui habitauit in eſebõ. Tra-
didit ergo dñs deus nr̃ in manibus nr̃is etiã
og regem baſan ⁊ vniuerſum populum eius
ꝑcuſſimuſqꝫ eos vſqꝫ ad internitionẽ. vaſtã-
tes cũctas ciuitates illius vno tempe. Non
fuit oppidum qd̃ nos effugeret. Sexaginta
vrbes ⁊ oẽm regionem argob regni og in ba-
ſan. Cũcte vrbes erant munite muris altiſſi-
mis portiſqꝫ ⁊ vectibus. abſqꝫ oppidis innu-
meris que nõ habebãt muros. Et deleuimꝰ
eos ſicut feceramꝰ ſeon regi eſebon diſꝑden-
tes oẽm ciuitatẽ viroſqꝫ ac mulieres ⁊ paru-
los: iumenta aũt ⁊ ſpolia vrbiũ diripuimus
Tulimuſqꝫ illo in tpe terrã de manu duoruʒ
regum ammorreorũ qui erã trãs iordanem a
torrente arnon vſqꝫ ad mõteʒ hermon quem
ſidonij ſarion vocant ⁊ ammorrei ſanir: oẽs
ciuitates que ſite ſunt in planitie ⁊ vniuerſã
terram galaad ⁊ baſan vſqꝫ ad ſelcha ⁊ edrai
ciuitates regni og in baſan. Solus q̃ppe og
rex baſan reſtiterat de ſtirpe gigãtũ. Et mon-
ſtratur lectꝰ eiꝰ ferreus qui eſt in rabath filio-
rum ãmon nouẽ cubitos hñs longitudinis ⁊
q̃ttuor latitudinis ad mẽſurã cubiti viril̃ ma-

nus. Terrãqꝫ poſſidemꝰ tpe illo ab aroer q̃ ẽ
ſuꝑ ripã torrẽtl arnon. vſqꝫ ad mediã ꝑtẽ mõ-
tis galaad. ⁊ ciuitates illiꝰ dedi ruben ⁊ gad.
Reliquã aũt ꝑtẽ galaad ⁊ oẽʒ baſan regni og
tradidi medie tribui manaſſe oẽʒ regionẽ ar-
gob. Cũctaqꝫ baſan vocabit̃ terra gigãtum
Jair filiꝰ manaſſe poſſedit oẽm regionem ar-
gob vſqꝫ ad t̃minos geſſuri ⁊ machati Voca-
uitqꝫ ex noĩe ſuo baſan auothiair. i. villas ia-
ir vſqꝫ in p̃ñtẽ diẽ. Machir q̃ꝫ dedi galaad
⁊ tribubꝰ rubẽ ⁊ gad dedi de t̃ra galaad vſqꝫ
ad torrẽtẽ arnõ mediũ torrẽtl ⁊ ꝯfiniũ vſqꝫ ad
torrẽtẽ ieboc q̃ ẽ t̃minꝰ filioꝝ ãmon. ⁊ planiti-
em ſolitudinis atqꝫ iordanẽ. ⁊ terminos cene-
reth vſqꝫ ad mare deſerti qd̃ eſt ſalſiſſimũ ad
ad radicẽ mõtl phaſga ꝯtra oriẽtẽ. Precepi-
qꝫ vob̃ in tpe illo dicẽs. Dñs deꝰ vr̃ dat vob̃
terrã hãc in hereditatẽ. expediti ꝑcedite fra-
tres vr̃os filios iſrł oẽs viri robuſti abſqꝫ vx-
oribus ⁊ paruulis atqꝫ iumẽtl. Noui eñ q̃ plu-
ra habeatis pecora ⁊ in vrbibꝰ remanere de-
bebũt q̃s tradidi vob̃. donec requiẽ tribuat
dñs fratribꝰ vr̃is ſicut vobis tribuit: ⁊ poſſi-
deãt ipi etiã terrã quã daturꝰ ẽ eis trans ior-
danẽ: tũc reuertet̃ vnuſq̃ſqꝫ in poſſeſſionem
ſuã quã dedi vobis. Joſue q̃ꝫ in tpe illo ꝑce-
pi dicẽs. Oculi tui viderũt q̃ fecit dñs deus
nr̃ duobꝰ his regibꝰ: ſic faciet oĩbꝰ regnis ad
q̃ tranſiturꝰ es. Ne timeas eos. Dñs eñ deꝰ
vr̃ pugnabit ꝓ vob̃. Precatuſqꝫ ſũ dñm i tẽ-
pore illo dicẽs. Dñe deꝰ tu cepiſti oñdere ſer-
uo tuo magnitudinẽ tuã manũqꝫ fortiſſimaʒ
Neqꝫ eñ ẽ aliꝰ deꝰ vel in celo vel in terra qui
poſſit facere opa tua ⁊ ꝯpari fortitudini tue:
Trãſibo igit̃ ⁊ videbo t̃rã hãc optimã trãs
iordanẽ ⁊ montẽ iſtũ egregiũ ⁊ libanũ. Jra-
tuſqꝫ ẽ dñs mihi ꝓpt̃ vos. nec exaudiuit me
ſed dixit mihi. Sufficit tibi. nequaq̃ꝫ vltra lo-
quar de hac re ad me. Aſcẽde cacumẽ phaſ-
ge. ⁊ oculos tuos circũfer ad occidentẽ et ad
aquilonẽ auſtrũqꝫ ⁊ oriẽtẽ. ⁊ aſpice. Nec eñ
trãſibis iordanẽ iſtũ. Precipue ioſue ⁊ corro-
bora eũ atqꝫ ꝯforta. quia ipe ꝑcedet populũ
iſtum ⁊ diuidet eis terram quam viſurus es
Manſimuſqꝫ in valle contra phanum pho-
gor. IIII

Et nũc iſrael audi ꝑcepta ⁊ iudicia q̃
ego doceo te vt faciens ea viuas ⁊ i-
grediens poſſideas terram quã dñs
deus patrum veſtrorum daturus eſt vobis.
Nõ addetis ad verbũ qd̃ vobis loquor: nec
auferetl ex eo. Cuſtodite mãdata dñi dei ve-
ſtri que ego ꝑcipio vob̃. Oculi vr̃i viderũt
oĩa q̃ fecit dñs cõtra beelphegor. quõ ꝯtriue-
rit oẽs cultores eius de medio veſtri. Vos
aũt qui adheretis dño deo vr̃o. viuitis vni-

uerſi vſqꝫ in p̄ſentē diez. Scitis ꝙ docuerim
vos p̄cepta atqꝫ iuſticias. ſicͥ mādauit mihi
dn̄s deus meus: ſic facietis ea in terra quam
poſſeſſuri eſtis. et obſeruabitis ⁊ implebitis
ope. Hec ē eī̄ veſtra ſapiētia ⁊ intellectꝰ co-
ram ꝑlis vt audiētes vniuerſi p̄cepta hec di-
cant. En populus ſapiens ⁊ intelligēs. gens
magna. Nec eſt alia natio tā grandis que ha-
beat deos appropinquātes ſibi. ſicut deꝰ nr̄:
adeſt cūctis obſecrationibꝰ nr̄is. Que eī̄ eſt
alia gens ſic inclita vt habeat cerimonias iu-
ſtaqꝫ iudicia ⁊ vniuerſam legē quā ego ꝓpo-
nam hodie an̄ oculos vr̄os? Cuſtodi igiť te-
metipſum ⁊ aīam tua ſolicite. Ne obliuiſcaris
verbor̄ū que viderūt oculi tui: ⁊ ne excidant
de corde tuo cūctis diebꝰ vite tue. Docebis
ea filios ac nepotes tuos: die quo ſtetiſti corā
dn̄o deo tuo in oreb qn̄ dn̄s locutꝰ ē mihi di-
cens. Cōgrega ad me ꝑlm̄ vt audiant ſermo-
nes meos: ⁊ diſcāt timere me oīn̄i tempe ꝙ vi-
uunt in terra: doceantqꝫ filios ſuos. Et acceſ-
ſiſtis ad radices montis qui ardebat vſqꝫ ad
celum: erātqꝫ in eo tenebre ⁊ nubes ⁊ caligo
Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad vos de medio ignis.
Vocē verbor̄ū eius audiſtis. ⁊ formā penitꝰ
nō vidiſtis. Et oſtēdit vobis pactū ſuū qđ p̄-
cepit vt faceretis. ⁊ decē verba que ſcripſit ī
duabus tabulis lapideis. Mihi qꝫ mādauit
in illo tp̄e vt docerem vos cerimonias ⁊ iu-
dicia que facere deberetis in terra quā poſſeſ-
ſuri eſtis. Cuſtodite igiť ſolicite aīas veſtras
Nō vidiſtis aliquā ſimilitudinē in die ꝙ lo-
cutꝰ eſt vobis dn̄s in oreb de medio ignis ne
forte decepti faciatis vobis ſculptam ſimili-
tudinem. vel imaginem maſculi vel femine ſi-
militudinē oīm iumētor̄ū que ſunt ſup terrā.
vel auiū ſub celo volantiū. atqꝫ reptiliū que
mouenť in terra. ſiue piſciū qui ſub terra mo-
ranť in aquis: ne forte eleuatis oculis ad ce-
lum videas ſolem ⁊ lunā ⁊ oīa aſtra celi. et
errore deceptus adores ea ⁊ colas. que crea-
uit dn̄s deꝰ tuꝰ in miniſterium cunctis gen-
tibus ꝙ ſub celo ſunt. Vos aūt tulit dn̄s ⁊ e-
duxit de fornace ferrea egypti: vt hr̄et ꝑlm̄
hereditariū ſicut eſt in p̄ſenti die. Iratuſqꝫ ē
dn̄s cōtra me ꝓpter ſmones vr̄os ⁊ iurauit
vt nō trāſirē iordanē nec igrederer terrā op-
timā quā daturꝰ ē vobis. Ecce morior ī hac
humo. nō trāſibo iordanē: vos trāſibitis ⁊ poſ-
ſidebitis terrā egregiā. Caue ne qn̄ obliuiſca-
ris pacti dn̄i dei tui qđ pepigit tecū. ⁊ facias
tibi ſculptā ſimilitudinē eor̄ū que fieri dn̄s ꝓ-
hibuit. Quia dn̄s deꝰ tuꝰ ignis ↄſumēs ē: de-
us emulator. Si genueritis filios ac nepotes
⁊ morati fueritis in terra: deceptiqꝫ feceritis
vobis aliquā ſimilitudinē patrantes malū

coram domino deo veſtro. vt euz ad iracun-
diam ꝓuocetis. teſtes inuoco hodie celum ⁊
terram. cito perituros vos eſſe de terra: quā
tranſito iordane poſſeſſuri eſtis. Nō habita-
bitis in ea longo tempe: ſed. delebit vos dn̄s
atqꝫ diſꝑget in oēs gentes. ⁊ remanebitis pau-
ci in nationibꝰ ad quas vos ducturꝰ eſt dn̄s.
Ibiqꝫ ſeruietis dijs qui hoīm manu fabrica-
ti ſūt: ligno ⁊ lapidi qui nō vidēt nec audiūt
nec comedūt. nec odoranť. Cumqꝫ ꝗſieris ibi
dn̄m deum tuū inuenies eum: ſi tn̄ toto corde
queſieris ⁊ tota tribulatione aīe tue poſtqꝫ
te inuenerint oīa que p̄dicta ſūt. Nouiſſimo
aūt tempe reuerteris ad dn̄m deū tuū ⁊ audi-
es vocez eius: quia deꝰ miſericors dn̄s deus
tuus eſt. Non dimittet te nec oīno delebit:
neqꝫ obliuiſcetur pacti in quo iurauit patri-
bus tuis. Interroga de diebꝰ antiquis ꝙ fue-
runt an̄ te ex die quo creauit dn̄s deus hoīez
ſup terrā a ſūmo celo vſqꝫ ad ſummum eius:
ſi facta ē aliqn̄ huiuſcemodi res: aut vnqꝫ co-
gnitum eſt: vt audiret populus vocez domi-
ni dei loquētis de medio ignis ſicut tu audi-
ſti ⁊ vidiſti. ſi fecit deus vt ingrederet et tol-
leret ſibi gentē de medio nationū p tēptatio-
nes: ſigna atqꝫ portenta p pugnā ⁊ robuſtaz
manū extentūqꝫ brachiū ⁊ horribiles viſio-
nes: iuxta oīa que fecit pro nobis dn̄s deꝰ
noſter in egypto videntibꝰ oculis tuis vt ſci-
res qm̄ dn̄s ipe eſt deus. ⁊ nō eſt alius preter
vnū. De celo te fecit audire vocē ſuaz: vt do-
ceret te. ⁊ in terra oſtendit tibi ignem ſuū ma-
ximū: ⁊ audiſti verba illiꝰ de medio ignis qr
dilexit patres tuos. ⁊ elegit ſemen eor̄ū poſt
eos. Eduxitqꝫ te precedēs in virtute ſua ma-
gna ex egypto vt deleret natiōes maximas ⁊
fortiores te in introitu tuo ⁊ introduceret te.
daretqꝫ tibi terrā earuz in poſſeſſionem ſicut
cernis in p̄ſenti die. Scito ergo hodie ⁊ cogi-
tato in corde tuo ꝙ dn̄s ipſe eſt deus in celo
ſurſum ⁊ in terra deorſum ⁊ nō ſit alius. Cu-
ſtodi precepta eius atqꝫ mandata ꝙ ego preci-
pio tibi: vt bene ſit tibi ⁊ filijs tuis poſt te. et
permaneas multo tempore ſuper terraz quā
dominus deus tuus daturus eſt tibi. Tunc
ſepauit moyſes tres ciuitates trās iordanez
ad orientalem plagam vt confugiat ad eas ꝙ
occiderit nolens ꝓximū ſuū: nec fuerit ſibi in-
imicus ante vnum ⁊ alterum diem. ⁊ ad ha-
rum aliquam vrbium poſſit euadere: boſor ī
ſolitudine ꝙ ſita eſt in terra cāpeſtri de tribu
ruben. ⁊ ramoth in galaad ꝙ ē in tribu gad. ⁊
golam in baſan ꝙ eſt in tribu manaſſe. Iſta ē
lex quā ꝓpoſuit moyſes coram filijs iſrael. et
hec teſtimonia ⁊ cerimonie atqꝫ iudicia ꝙ lo-
cutus eſt ad filios iſrael quando egreſſi ſunt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de egypto trãs iordanez in valle ꝯtra phanũ
phogor in terra ſeon regis ammorrei q̃ habi-
tauit in eſebon quẽ ꝑcuſſit moyſes. Filij q̃qꝫ
iſrael egreſſi ex egypto poſſederũt terrã eiꝰ: ⁊
terrã og regis baſan duorũ regũ ãmorreorũ
qui erant trãs iordanem ad ſolis ortũ ab aro-
er que ſita ẽ ſuꝑ ripam torrentis arnon vſqꝫ
ad montẽ ſanir qui eſt ⁊ hermon oẽm planiti-
em trãs iordanem ad orientalem plagaz vſqꝫ
ad mare ſolitudinis. ⁊ vſqꝫ ad radices mõtis
phaſga. V

Vocauitqꝫ moyſes om̃em iſraelẽ ⁊ di-
xit ad eum. Audi iſrael cerimonias
atqꝫ iudicia que ego loquor in auri-
bus veſtris hodie. Diſcite ea: ⁊ oꝑe comple-
te. Dñs deus nr̃ pepigit nobiſcum fedus in
oreb. Non cum patribus nr̃is inijt pactũ ſed
nobiſcum: qui in p̃ſentiarũ ſumus ⁊ viuimꝰ
Facie ad faciẽ locutus eſt nobis in monte de
medio ignis. Ego ſequeſter ⁊ mediꝰ fui inter
deum ⁊ vos in tẽpe illo vt annunciarẽ vo-
bis verba eiꝰ. Timuiſtis em̃ ignẽ ⁊ nõ aſcen-
diſtis in montẽ. Et ait. Ego dñs deus tuus
qui eduxi te de terra egypti de domo ſuitu-
tis. Nõ habebis deos alienos ĩ ꝯſpectu tuo
Nõ facies tibi ſculptile nec ſimilitudinẽ oĩm
que in celo ſunt deſuꝑ ⁊ que in terra deorſuz
⁊ que verſant̃ in aquis ſub terra. Nõ adora-
bis ea ⁊ nõ coles. Ego em̃ ſum dñs deus tuꝰ
deus emulator reddẽs iniquitatẽ patrũ ſuꝑ
filios in tertiã ⁊ q̃rtaz generationẽ his q̃ ode-
runt me. ⁊ faciẽs miſericordiam in multa mi-
lia diligentibus me et cuſtodientibus prece-
pta mea. Nõ vſurpabis nomẽ dei tui fruſtra
quia nõ erit impunitꝰ qui ſuꝑ re vana nomẽ
eius aſſumpſerit. Obſerua diẽ ſabbati vt ſã-
ctifices eũ ſicut p̃cepit tibi dñs deꝰ tuꝰ. Sex
diebus oꝑaberis. ⁊ facies om̃ia oꝑa tua. Se-
ptimus dies ſabbati eſt. i. requies dñi dei tui
Nõ facies in eo q̃cq̃ oꝑis. tu ⁊ filius tuus ⁊
filia. ſeruus ⁊ ancilla. bos ⁊ aſinꝰ. ⁊ oẽ iumẽ-
tum tuũ. ⁊ ꝑegrinus q̃ eſt intra portas tuas.
vt requieſcat ſeruus ⁊ ancilla tua ſicut et tu:
Memẽto q̃ ⁊ ipſe ſeruieris in egypto. ⁊ edu-
xerit te inde dñs deꝰ tuꝰ in manu forti et bra-
chio extento. Idcirco p̃cepit tibi vt obſua-
res diẽ ſabbati. Honora patrẽ tuum ⁊ mr̃em
ſicut p̃cepit tibi dñs deus tuus: vt longo vi-
uas tẽpe. ⁊ bñ ſit tibi in terra quã dñs deꝰ
tuus daturus eſt tibi. Nõ occides: neqꝫ me-
chaberis, furtũqꝫ nõ facies. nec loquaris cõ-
tra ꝓximũ tuũ falſum teſtimoniũ. Nõ concu-
piſces vxorem ꝓximi tui. nõ domũ. nõ agrũ
nõ ſeruũ. nõ ancillã. nõ bouem. nõ aſinum. et
vniuerſa que illiꝰ ſunt. Hec ṽba locutꝰ ẽ do-
minus ad oẽm m̃ltitudĩnẽ vr̃am ĩ mõte ð me-
dio ignis ⁊ nubis ⁊ caliginis. voce magna ni-
hil addens ampliꝰ: ⁊ ſcripſit ea in duabꝰ ta-
bulis lapideis quas tradidit mihi. Vos aũt
poſtq̃ audiſtis vocẽ de medio tenebrarum ⁊
mõtẽ ardere vidiſtis: acceſſiſtis ad me om̃es
p̃ncipes tribuũ ⁊ maiores natu atqꝫ dixiſtis
Ecce oſtẽdit nobis dñs deus noſter maieſta-
tem ⁊ magnitudinẽ ſuam. Vocẽ em̃ eius au-
diuimus de medio ignis ⁊ ꝓbauimꝰ hodie q̃
loquẽte deo cuz homine vixerit homo. Cur
g̊ moriemur ⁊ deuorabit nos ignis hĩ maximꝰ
Si em̃ audierimꝰ vltra vocem dñi dei noſtri
moriemur. Quid ẽ om̃is caro vt audiat vo-
cem dei viuẽtis qui ð medio ignis loquitur
ſicut nos audiuimꝰ ⁊ poſſit viuere? Tu magis
accede. ⁊ audi cuncta que dixerit dominus
deus nr̃ tibi: loquerisqꝫ ad nos. ⁊ nos audiẽ-
tes faciemꝰ ea. Quod cũ audiſſet dñs. ait ad me
Audiui vocẽ verborũ ꝑpl̃i huiꝰ q̃ locuti ſũt ti-
bi. Bñ om̃ia ſunt locuti. Quis det talez eos
habere mentem vt timeant me et cuſtodiant
vniuerſa mãdata mea in om̃i tempore vt bñ
ſit eis ⁊ filijs eorum in ſempiternũ. Vade g̊ ⁊
dic eis: Reuertimini in tentoria vr̃a. Tu vero
hic ſta mecum: et loquar tibi omnia manda-
ta mea et cerimonias atqꝫ iudicia que doce-
bis eos vt faciant ea in terra quã dabo illis ĩ
poſſeſſionẽ. Cuſtodite igit̃ ⁊ facite que p̃ce-
pit dñs deus vobis. Non declinabitis neqꝫ
ad dexterã neqꝫ ad ſiniſtrã. ſed ꝑ viã quaz p̃-
cepit dñs deus veſter ambulabitis. vt viua-
tis. ⁊ bene ſit vobis: ⁊ ꝓtelent̃ dies vr̃i ĩ ter-
ra poſſeſſionis veſtre. VI

Hec ſunt p̃cepta et cerimonie atqꝫ iu-
dicia que mãdauit dñs deus veſter
vt docerẽ vos: vt faciatis ea in terra
ad quã trãſgredimini poſſidendã. vt timeas
dñm deum tuũ: ⁊ cuſtodias om̃ia mãdata ⁊
p̃cepta eius. que ego p̃cipio tibi ⁊ filijs ac ne-
potibꝰ tuis cunctis diebus vite tue vt ꝓlon-
gentur dies tui. Audi iſrael ⁊ obſerua vt fa-
cias que p̃cepit tibi dñs. ⁊ bñ ſit tibi. et mul-
tipliceris amplius. ſicut pollicitus eſt domi-
nus deꝰ patrũ tuorũ tibi terram lacte ⁊ melle
manantẽ. Audi iſrael. Dñs deꝰ vr̃ deꝰ vnus
eſt. Diliges dñm deũ tuuz ex toto corde tuo
⁊ ex tota aĩa tua. ⁊ ex tota fortitudine tua.
Erũtqꝫ verba hec que ego p̃cipio tibi hodie
in corde tuo. ⁊ narrabis ea filijs tuis. ⁊ medi-
taberis ſedens in domo tua. ⁊ ambulãs ĩ iti-
nere dormiẽs atqꝫ cõſurgens. ⁊ ligabis ea q̃ſi
ſignũ in manu tua erũtqꝫ et mouebunt̃ inter
oculos tuos. ſcribeſqꝫ ea in limine ⁊ oſtijs do-
mus tue. Cumqꝫ introduxerit te dñs deus tuꝰ
in terrã pro qua iurauit patribꝰ tuis: abraam
iſaac ⁊ iacob. ⁊ dederit tibi ciuitates magnas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ optimas quas nō edificasti domos plenas
multarū opū quas n̄ extruxisti: cisternas q̄s
nō fodisti: vineta ⁊ oliueta que nō plantasti:
⁊ comederis ⁊ saturat⁹ fueris: caue diligent̄
ne obliuiscaris dn̄i dei tui: qui eduxit te d̄ ter-
ra egypti de domo seruitutis. Dn̄m deū tuū
timebis: ⁊ illi soli serues: ac ꝑ nomen illi⁹ iu-
rabis. Nō ibitis post deos alienos cūctaruꝫ
gentiū que in circūitu vr̄o sunt: qm̄ de⁹ emu-
lator dn̄s de⁹ tu⁹ in medio tui: ne qn̄ irascat̄
furor dn̄i dei tui cōtra te: ⁊ auferat te de sup-
ficie terre. Nō temptabis dn̄m deū tuū: sicut
temptasti in lo loco temptatōis. Custodi p̄ce-
pta dn̄i dei tui ac testimonia ⁊ cerimonias q̄s
p̄cepit tibi: ⁊ fac qd̄ placitū ē ⁊ bonū in cōspe-
ctu dn̄i vt bn̄ sit tibi: ⁊ igressus possideas ter-
ram optimā de qua iurauit dn̄s p̄ribus tuis
vt deleret oēs inimicos tuos corā te. sicut lo-
cutus ē. Cū interrogauerit te filius tuus cras
dicens: quid sibi volūt testimonia hec ⁊ ceri-
monie atq̧ iudicia que p̄cepit dn̄s deus no-
ster nobis? dices ei. Serui eram⁹ pharaonis
in egypto ⁊ eduxit nos dn̄s de egypto in ma-
nu forti: fecitq̧ signa atq̧ prodigia magna: ⁊
pessima in egypto cōtra pharaonē ⁊ oēm do-
mum illi⁹ in cōspectu nr̄o: ⁊ eduxit nos inde
vt itroductis daret terrā sup qua iurauit pa-
tribus nr̄is. Precepitq̧ nobis dn̄s vt facia-
mus oīa legitima hec ⁊ timeam⁹ dn̄m deū
nostrū vt bn̄ sit nobis cūctis diebus vite no-
stre sicut ē hodie. Eritq̧ nr̄i misericors: si cu-
stodierimus ⁊ fecerim⁹ oīa p̄cepta eius co-
ram dn̄o deo nr̄o sicut mādauit nobis. VII

Cum vo itroduxerit te dn̄s de⁹ tuus
in terrā quā possessurus ingredieris
⁊ deleuerit gētes m̄ltas corā te: ethe-
um ⁊ gergezeū ⁊ ammorreū et chananeum ⁊
pherezeum ⁊ eueū ⁊ iebuseū: septē gētes mul-
to maioris numeri q̄ꝫ tu es ⁊ robustiores te.
tradideritq̧ eas dn̄s deus tuus tibi ꝑcuties
eas vsq̧ ad internitionē. Nō inibis cū eis fe-
dus: nec misereberis earū: neq̧ sociabis cum
eis ꝯiugia. Filiā tuā nō dabis filio ei⁹ nec fili-
am illius accipies filio tuo: quia seducet filiū
tuū ne sequat̄ me: ⁊ vt magis seruiet dijs ali-
enis. Irasceturq̧ furor dn̄i ⁊ delebit te cito.
Quinpotius hec facietis eis. Aras eorū sub-
uertite: ⁊ cōfringite statuas lucosq̧ succidite
⁊ sculptilia cōburite: quia pp̄ls sanct⁹ es do-
mino deo tuo. Te elegit dn̄s de⁹ tuus vt sis
ei pp̄ls peculiaris de cūctis pp̄lis q̄ sunt sup t̄rā.
Nō quia cūctas gentes numero vincebatis
vobis iūctus est dn̄s ⁊ elegit vos: cum oīb⁹
sitis populis pauciores: sed quia dilexit vos
dn̄s ⁊ custodiuit iuramētū qd̄ iurauit p̄rib⁹
vestris. Eduxitq̧ vos in manu forti ⁊ rede-
mit de domo seruitutis de manu pharaonis
regis egypti: ⁊ scies quia dn̄s deus tuus ipse
est de⁹ fortis ⁊ fidelis: custodiēs pactū ⁊ mi-
sericordiā diligētibus se: ⁊ his q̄ custodiūt p̄-
cepta eius in mille generatiōes ⁊ reddēs odi-
entibus se statim: ita vt disꝑdat eos: et vltra
nō differat: ꝓtinus eis restituens qd̄ merent̄.
Custodi ergo p̄cepta ⁊ cerimonias atq̧ iudi-
cia que ego mādabo tibi hodie vt facias. Si
postq̄ꝫ audieris hec iudicia custodieris ea et
feceris: custodiet dn̄s de⁹ tuus pactū tibi et
misericordiā quā iurauit patribus tuis: ⁊ di-
liget te ac m̄ltiplicabit: bn̄dicetq̧ fructui vē-
tris tui ⁊ fructui terre tue frumento tuo atq̧
vindemie: oleo ⁊ armētis: gregib⁹ ouiū tuaꝝ
sup terrā: ꝓ qua iurauit p̄ribus tuis vt da-
ret eam tibi. Bn̄dictus eris int̄ oīes pp̄los.
Non erit apud te sterilis vtriusq̧ sexus tam
in hominibus q̄ꝫ in gregibus tuis. Auferet
dn̄s a te oēm languorē: ⁊ infirmitates egypti
pessimas quas nouisti nō inferet tibi: sed cun-
ctis hostib⁹ tuis. Deuorabis oēs pp̄los q̄s
dn̄s deus tuus daturus ē tibi. Non pcet eis
oculus tuus: nec serujes dijs eorū: ne sint in
ruinā tui. Si dixeris in corde tuo: plures sūt
gentes iste q̄ꝫ ego: quō potero delere eas? no-
li metuere sed recordare que fecerit dn̄s deus
tuus pharaoni ⁊ cūctis egyptijs plagas ma-
ximas q̄s viderūt oculi tui: ⁊ signa atq̧ por-
tenta manūq̧ robustā: ⁊ extentū brachiū: vt
educeret te dn̄s deus tuus. Sic faciet cūctis
pp̄lis quos metuis. Insup ⁊ scabrones mit-
tet dn̄s deus tuus in eos donec deleat oīes
atq̧ disꝑdat qui te fugerint ⁊ latere nō pote-
rint. Nō timebis eos: quia dn̄s deus tuus in
medio tui ē: deus magn⁹ ⁊ terribilis. Ipse cō-
sumet nationes has in ꝯspectu tuo paulatim
atq̧ ꝑ ptes. Nō poteris eas delere pariter: ne
forte multiplicent̄ ꝯtra te bestie terre. Dabit-
q̧ eos dn̄s deus tuus in ꝯspectu tuo ⁊ interfici-
et illos: donec penitus deleant̄. Tradetq̧ re-
ges eorū in manus tuas ⁊ disꝑdes noīa eoꝝ
sub celo. Nullus poterit resistere tibi: donec
conteras eos. Sculptilia eorū igne cōbures.
Nō cōcupisces argentum ⁊ aurū de q̄bus fa-
cta sūt: neq̧ assumes ex eis tibi quicq̄ꝫ ne of-
fendas: ꝓpterea quia abominatio est dn̄i dei
tui: nec inferes quippiā ex idolo in domū tu-
am: ne fias anathema sicut ⁊ illud est. Quasi
spurcitiā detestaberis: ⁊ velut inq̄namētum
ac sordes abominatiōi habebis quia anathe-
ma est. VIII

Omne mādatū qd̄ ego p̄cipio tibi ho-
die caue diligēter vt facias vt possitis
viuere ⁊ m̄ltiplicemini. igressiq̧ pos-
sideatis terrā ꝓ qua iurauit dn̄s p̄rib⁹ vr̄is



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et recordaberis cūcti itineris p qđ adduxit
te dñs deus tuus q̄draginta annis p deſertū
vt affligeret te atq̃ tēptaret ⁊ nota fieret que
in tuo animo v̄ſabant. vtrū cuſtodires man-
data illius an nō. Afflixit te penuria: ⁊ dedit
tibi cibum māna qđ ignorabas tu ⁊ pr̄es tui
vt oſtēderet tibi q̄ non in ſolo pane viuit hō.
ſed in omni v̄bo qđ egredit̄ de ore dñi. Ve-
ſtimētū tuū quo opiebaris nequaq̄ vetuſta-
te defecit: ⁊ pes tuus nō eſt ſubtritus. En q̄-
drageſimus ann⁹ ē: vt recogites in corde tuo
quia ſicut erudit filiū ſuū hō: ſic dñs de⁹ tu⁹
erudiuit te: vt cuſtodias mādata dñi dei tui
⁊ ambules in vijs eius: ⁊ timeas eū. Domi-
nus em̄ de⁹ tuus introducet te in terrā bonā
terrā riuorū aquarūq̄ ⁊ fontiū: in cui⁹ cāpis
⁊ mōtibus erūpunt fluuiorū abyſſi. terrā fru-
mēti hordei ac vinearū: in qua ficus et malo-
granata ⁊ oliueta naſcunt̄. terrā olei ac mel-
lis. vbi abſq̄ vlla penuria comedes panē tu-
um. ⁊ rerū oim̄ habūdantia pfrueris cui⁹ la-
pides ferrū ſunt: ⁊ de montib⁹ eius eris me-
talla fodiunt̄ vt cū comederis ⁊ ſatiat⁹ fueris
bn̄dicas dño deo tuo p terra optima quā de-
dit tibi. Obſerua ⁊ caue ne qñ obliuiſcaris dñi
dei tui: ⁊ negligas mādata ei⁹ atq̄ iudicia et
cerimonias q̄s ego p̄cipio tibi hodie ne poſt-
q̄ comederis ⁊ ſatiatus fueris domos pul-
cras edificaueris ⁊ habitaueris in eis: habu-
eriſq̄ armēta boum: ⁊ ouiū greges: argēti et
auri cūctarūq̄ rerū copiā: eleuet̄ cor tuum ⁊
nō reminiſcaris dñi dei tui q̄ eduxit te de ter-
ra egypti de domo ſeruitutis: ⁊ ductor tu⁹ fu-
it in ſolitudine magna atq̄ terribili in q̄ erat
ſerpēs flatu adurēs ⁊ ſcorpio ac dipſas ⁊ nul-
le oino aque: qui eduxit riuos de petra du-
riſſima: ⁊ cibauit te māna in ſolitudine qđ ne-
ſcierūt pr̄es tui. Et poſtq̄ afflixit ac pbauit
ad extremū miſertus ē tui ne diceres in cord
tuo: fortitudo mea ⁊ robur man⁹ mee hec mi-
hi oīa p̄ſtiterūt: ſed recorderis dñi dei tui q̄
ip̄e vires tibi p̄buerit: vt impleret pactū ſuū
ſup quo iurauit pr̄ibus tuis ſicut pn̄s idicat
dies. Sin aūt oblitus dñi dei tui ſecutus fue-
ris deos alienos: colueriſq̄ illos ⁊ adoraue-
ris: ecce nūc p̄dico tibi q̄ omnino diſpereas
Sicut gentes q̄s deleuit dñs in introitu tuo
ita ⁊ vos pibitis ſi inobediētes fueritis voci
dñi dei veſtri.

IX

Audi iſrael. Tu tranſgredieris hodie
iordanē: vt poſſideas natiōes maxi-
mas ⁊ fortiores te ciuitates ingentes
⁊ ad celum vſq̄ muratas ppl̄m magnum atq̄
ſublimē filios enachim quos ip̄e vidiſti ⁊ au-
diſti: quib⁹ null⁹ pōt ex adūſo reſiſtere. Sci-
es ergo hodie q̄ dñs de⁹ tuus ip̄e trāſibit an-
te ignis deuorās atq̄ cōſumens: qui cōterat
eos: ⁊ deleat atq̄ diſpdat ante faciē tuā velo-
citer: ſicut locut⁹ ē tibi. Ne dicas in cord tuo
cū deleuerit eos dñs de⁹ tuus i cōſpectu tuo
ppter iuſticiā meā introduxit me dñs vt ter-
ram hāc poſſiderem cū ppter impietates ſu-
as iſte delete ſint nationes. Neq̄ em̄ ppter
iuſtitias tuas ⁊ eq̄tatē cordis tui ingredieris
vt poſſideas terras earū: ſed quia ille egerūt
impie: introeunte te delete ſunt: ⁊ vt comple-
ret v̄bū ſuū dñs qđ ſub iuramento pollicitus
eſt pr̄ibus tuis abraā yſaac ⁊ iacob. Scito ḡ
q̄ nō ppter iuſticias tuas dñs de⁹ tu⁹ dede-
rit tibi terrā hanc optimā in poſſeſſionē cum
duriſſime ceruicis ſis ppl̄s. Memento ⁊ ne
obliuiſcaris quō ad iracundiā puocaueris
dñm deū tuū in ſolitudine ⁊ ex eo die q̄ egreſ-
ſus es ex egypto vſq̄ ad locum iſtū ſemp ad-
uerſum dñm contendiſti. Nā ⁊ in oreb puo-
caſti eum: ⁊ iratus delere te voluit qñ aſcēdi
in montem vt acciperē duas tabulas lapide-
as pacti qđ pepigit vobiſcū deus. Et pſeue-
raui in monte quadraginta diebus ac nocti-
bus. panē nō comedēs ⁊ aquā nō bibēs. De-
ditq̄ mihi dñs duas tabulas lapideas ſcri-
ptas digito dei: ⁊ cōtinētes oīa v̄ba que vo-
bis locutus ē in mōte de medio ignis qñ con-
tio ppl̄i cōgregata ē. Cūq̄ trāſiſſent q̄dragin-
ta dies ⁊ totidē noctes: dedit mihi dñs duas
tabulas lapideas: tabulas federis. dixitq̄ mi-
hi. Surge ⁊ deſcende hinc cito: quia ppl̄s tu⁹
quē eduxiſti de egypto deſeruerūt velociter
viā quā demōſtraſti eis: fecerūtq̄ ſibi conſla-
tile. Rurſumq̄ ait dñs ad me. Cerno q̄ po-
pulus iſte dure ceruicis ſit. Dimitte me et cō-
teram eū: ⁊ deleā nomē eius de ſub celo: ⁊ cō-
ſtituam te ſup gentē q̄ hac maior ⁊ fortior ſit.
Cūq̄ de monte ardente deſcenderē: ⁊ duas
tabulas federis vtraq̄ tenerē manu: vidiſſem
q̄ peccaſſe vos dño deo vr̄o: ⁊ feciſſe vobis
vitulum cōflatilem ac deſeruiſſe velocit̄ viā
eius quā vobis oſtēderat: pieci tabulas de
manibus meis. cōfregiq̄ eas in cōſpectu ve-
ſtro. Et pcidi an̄ dñm ſicut prius q̄draginta
diebus ⁊ noctibus. panē nō comedēs ⁊ aquā
nō bibēs: ppter oīa pctā vr̄a q̄ geſſiſtis cō-
tra dñm: ⁊ eū ad iracundiam puocaſtis. Ti-
mui em̄ indignationē ⁊ irā illius: qua aduer-
ſum vos concitatus delere vos voluit Et ex-
audiuit me dñs etiā hac vice. Aduerſum aa-
ron quoq̄ vehementer iratus voluit eū cōte-
rere: ⁊ p illo ſimiliter dep̄catus ſum. Pecca-
tum aūt veſtrum qđ feceratis. id eſt vitulū
arripiens igne ꝯbuſſi: ⁊ in fruſta cōminuēs
oino quoq̄ in puluerē redigēs: proieci in tor-
rentem qui de monte deſcendit. In incendio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quoqꝫ ⁊ in temptatione ⁊ in ſepulcris concu-
piſcentie ꝓuocaſtis dn̄m ⁊ qn̄ miſit vos ꝺ ca-
deſbarne dicēs: aſcendite ⁊ poſſidete terram
quā dedi vobis ⁊ contemſiſtis imperiuʒ dn̄i
dei veſtri et nō credidiſtis ei: neqꝫ vocē eiꝰ au-
dire voluiſtis: ſed ſemꝑ fuiſtis rebelles a die
qua noſſe vos cepi. Et iacui corā dn̄o q̄dra-
ginta diebus ac noctibus quibus eum ſuppli-
citer dep̄cabar: ne deleret vos vt fuerat com-
minatꝰ: et orās dixi. Dn̄e deus ne diſperdas
ppl'm tuū et hereditatē tuā quam redemiſti i
magnitudine tua: quos eduxiſti in egypto in
manu forti. Recordare ſeruoꝝ tuoꝝ abraaʒ
yſaac et iacob. Ne aſpicias duritiā ppl'i huiꝰ ⁊
impietatē atqꝫ peccatū: ne forte dicāt habita-
tores terre de qua eduxiſti nos. non poterat
dn̄s introducere eos in terrā quā pollicitꝰ eſt
eis ⁊ oderat illos: idcirco eduxit vt interfice-
ret eos in ſolitudine qui ſunt ppl's tuus ⁊ he-
reditas tua quos eduxiſti in fortitudine tua
magna: ⁊ in brachio tuo extento. X

IN tempe illo dixit dn̄s ad me. Dola
tibi duas tabulas lapideas ſic̄ priores
fuerūt: ⁊ aſcēde ad me in montē: faci-
eſqꝫ arcā ligneā: ⁊ ſcribā in tabulis vba q̄ fue-
runt in his quas an̄ ꝯfregiſti: ponesqꝫ eas in
arca. Feci igit̄ arcā de lignis ſethim. Cumqꝫ
dolaſſem duas tabulas lapideas inſtar prio-
rum: aſcēdi in montē hn̄s eas i manibꝰ. Scri-
pſitqꝫ in tabulis iuxta id qꝺ priꝰ ſcripſerat v-
ba decē que locutus ē dn̄s ad vos in mōte ꝺ
medio ignis qn̄ ppl's cōgregatus eſt ⁊ dedit
eas mihi. Reuerſuſqꝫ de monte deſcendi: et
poſui tabulas in arcā quā fecerā: que hucuſ-
qꝫ ibi ſunt ſicut p̄ceperat mihi dn̄s. Filij aūt
iſrael mouer̄t caſtra ex beroth filioꝝ iachan
in moſra: vbi aaron mortuus et ſepultus eſt
pro quo ſacerdotio functus eſt eleazar filius
eius. Inde venerūt in gadgad: ꝺ quo loco ꝓ-
fecti: caſtrametati ſūt in iethabatha in t̄ra aq̄-
rū atqꝫ torrētiū. Eo tempe ſepauit tribum leui
vt portaret arcā federis dn̄i: et ſtaret corā eo
in miniſterio ac bn̄diceret in noie illꝰ vſqꝫ in
p̄ntē diē. Quā obrē nō habuit leui ptē neqꝫ
poſſeſſionē cū fratribus ſuis: q2 ipe dn̄s poſ-
ſeſſio eius ē. ſicut ꝓmiſit ei dn̄s deꝰ tuꝰ. Ego
aūt ſteti in mōte ſicut prius q̄draginta diebꝰ
ac noctibus: exaudiuitqꝫ me dn̄s etiā hac vi-
ce: ⁊ te ꝑdere noluit. Dixitqꝫ mihi. Vade et
p̄cede ppl'm vt ingrediat̄ ⁊ poſſideat terram
quā iuraui pr̄ibus eoꝝ: vt traderem eis. Et
nūc iſrl' q̄d dn̄s deꝰ tuus petit a te: niſi vt ti-
meas dn̄m deū tuū: ⁊ ambules in vijs eius:
⁊ diligas eum: ac ſeruias dn̄o deo tuo: in to-
to corde tuo ⁊ in tota animn tua: cuſtodiaſqꝫ
mādata dn̄i ⁊ cerimonias eius quas ego ho-
die p̄cipio tibi vt bn̄ ſit tibi? En dn̄i dei tui ce-
luʒ eſt: ⁊ celū celi. terra ⁊ oia q̄ in ea ſunt. ⁊ tn̄
pr̄ibus tuis ꝯglutinatus ē dn̄s ⁊ amauit eos
elegitqꝫ ſemē eoꝝ poſt eos. i. vos de cūctꝭ gē-
tibꝰ ſicut hodie cōprobat̄. Circūcidite igit̄
p̄putium cordis veſtri: ⁊ ceruicē vr̄am ne in-
duretis amplius: q2 dn̄s deꝰ vr̄ ipe eſt deus
deoꝝ ⁊ dn̄s dn̄antiū deus magnꝰ ⁊ potēs et
terribilis: q̄ ꝑſonā nō accipit nec munera. Fa-
cit iudiciū pupillo ⁊ vidue: amat ꝑegrinū: ⁊
dat ei victū atqꝫ veſtitū. Et vos ergo amate
ꝑegrinos: quia ⁊ ipſi fuiſtis aduene in terra
egypti. Dn̄m deū tuū timebis ⁊ ei ſoli ſerui-
es. Ipi adherebis: iurabiſqꝫ in noie illiꝰ. Ip-
ſe eſt laus tua ⁊ deꝰ tuꝰ qui fecit tibi hec ma-
gnalia ⁊ terribilia que viderūt oculi tui. In
ſeptuaginta aiabus deſcenderūt pr̄es tui in
egyptum ⁊ ecce nūc multiplicauit te dn̄s deꝰ
tuus ſicut aſtra celi. XI

AMa itaqꝫ dn̄m deum tuū et obſerua
p̄cepta eiꝰ et cerimonias: iudicia atqꝫ
mādata omni tpe. Cognoſcite hodie
q̄ ignorāt filij vr̄i qui nō viderunt diſciplinaʒ
dn̄i dei veſtri magnalia eiꝰ ⁊ robuſtā manuʒ
extentūqꝫ brachiū: ſigna ⁊ opa que fecit i me-
dio egypti pharaoni regi ⁊ vniuerſe terre eiꝰ
omīqꝫ exercitui egyptioꝝ ⁊ equis ac curribꝰ
quō opuerint eos aque maris rubri: cuʒ vos
ꝑſequerent̄: ⁊ deleuerit eos dn̄s vſqꝫ in p̄ſen-
tem diē: vobiſqꝫ q̄ fecerit in ſolitudine donec
veniretis ad hunc locū: ⁊ dathan atqꝫ abirō
filijs eliab: q̄ fuit filiꝰ ruben quos aperto ore
ſuo terra abſorbuit cū domibus ⁊ tabnacl'is
⁊ vniuerſa ſubſtātia eoꝝ quā habebāt i me-
dio iſrl'. Oculi vr̄i vider̄t oia opa dn̄i magna
que fecit: vt cuſtodiatis vniu̇ſa mādata illiuſ
que ego hodie p̄cipio vobis: ⁊ poſſitis intro-
ire ⁊ poſſidere terrā ad quā ingredimini mul-
toqꝫ in ea viuatis tempe: quā ſub iuramēto
pollicitus eſt dn̄s pr̄ibus vr̄is: ⁊ ſemini eoꝝ
lacte ⁊ melle manantē. Terra eīn ad quaʒ in-
gredieris poſſidendā: nō ē ſicut terra egypti
de qua exiſti: vbi iacto ſemine in hortoꝝ mo-
rem aque ducunt̄ irrigue: ſed montoſa ē ⁊ cā-
peſtris de celo expectans pluuias: quā dn̄s
deus ſemꝑ inuiſit. ⁊ oculi illiꝰ in ea ſunt a p̄n-
cipio anni vſqꝫ ad finē eius. Si ergo obedie-
ritis mādatis meis que ego hodie p̄cipio vo-
bis vt diligatꝭ dn̄m deū veſtrū: ⁊ ſuiatꝭ ei in
toto corde vr̄o: ⁊ in tota aīa vr̄a: dabit pluui-
am terre vr̄e temporaneā ⁊ ſerotinā vt colli-
gatis frumētū ⁊ vinū ⁊ oleum fenūqꝫ ex agrꝭ
ad paſcenda iumēta: ⁊ vt ipſi comedatꝭ ac ſa-
turemini. Cauete ne forte decipiat̄ cor vr̄m:
⁊ recedatis a dn̄o: ſeruiatiſqꝫ dijs alienis et
adoretis eos: iratuſqꝫ dn̄s claudat celum et

pluuie nō deſcēdāt: nec terra det germen ſuū
peatiſq; velociter de terra optima quā dn̄s
daturus ē vobis. Ponite hec v̄ba mea i cor/
dibus ⁊ in animis v̄ris ⁊ ſuſpēdite ea pro ſi/
gno in manibus: ⁊ int̄ oculos v̄ros collocate
Docete filios v̄ros vt illa meditent̄. Quan=
do ſederis in domo tua ⁊ ambulaueris in via
et accubueris atq; ſurrexeris: ſcribes ea ſup
poſtes ⁊ ianuas domus tue vt multiplicent̄
dies tui ⁊ filiorū tuorū in terra quam iurauit
dn̄s p̄ribus tuis vt daret eis q̄ diu celum im/
minet terre. Si eñ cuſtodieritis mādata que
ego p̄cipio vobis: et feceritis ea vt diligatis
dn̄m deū veſtrū: ⁊ ambuletis in oībus vijs
eius adherētes ei. diſpdet dn̄s oēs gentes
iſtas añ faciē v̄ram ⁊ poſſidebitis eas q̄ ma/
iores ſunt ⁊ fortiores vobis. Oīs locꝰ quē
calcauerit pes v̄r: veſter erit. A deſerto et li=
bano et flumine magno eufrate vſq; ad mare
occidentale erūt termini v̄ri. Nullꝰ ſtabit cō/
tra vos Terrorē veſtrū et formidinem dabit
dn̄s deus v̄r ſup oēm terram quam calcaturi
eſtis: ſicut locutꝰ eſt vobis. En ꝓpono in cō/
ſpectu v̄ro hodie bn̄dictōnē ⁊ maledictionē.
bn̄dictionē ſi obedieritis mādatis dn̄i dei ve/
ſtri que ego hodie p̄cipio vobis: maledictio/
nem ſi non obedieritis mandatis dn̄i dei v̄ri
ſed recefferitis de via quā ego nūc oſtēdo vo/
bis ⁊ ambulaueritis poſt deos alienos quos
ignoratis. Cū v̄o introduxerit te dn̄s deꝰ tuꝰ
in terrā ad quā pgis habitandā: pones bene/
dictionē ſup montē garizim: maledictionem
ſup montē hebal q̄ ſunt trans iordanē pꝰ viā
que v̄git ad ſolis occubitū: in terra chananei
qui habitat in campeſtribꝰ cōtra galgalam q̄
eſt iuxta vallem tendentē et intrantem pcul.
Vos eñ trāſibitis iordanē vt poſſideatis ter=
ram quā dn̄s deus veſter daturus eſt vobis
vt habeatis ⁊ poſſideatis illā. Videte ḡ vt i=
pleatis cerimonias atq; iudicia q̄ ego hodie
ponā in cōſpectu v̄ro. XII

Hec ſunt p̄cepta atq; iudicia que face/
re debetis in terra quā dn̄s deꝰ patꝝ
tuorū daturus ē tibi vt poſſideas eā
cūctis diebꝰ quibꝰ ſup humū gradieris. Sub/
uertite oīa loca in quibꝰ coluerūt gētes q̄s
poſſeſſuri eſtis: deos ſuos: ſup montes excel/
ſos ⁊ colles ⁊ ſubter oē lignum frondoſum.
Diſſipate aras eorū et cōfringite ſtatuas: lu/
cos igne cōburite: et idola cōminuite: diſpdi/
te noīa eorū de locis illis. Nō facietis ita do/
mino deo v̄ro: ſed ad locū quē elegerit domi/
nus deus v̄r de cūctis tribubꝰ v̄ris: vt ponat
nomē ſuū ibi ⁊ habitet in eo venietis ⁊ offere=
tis in loco illo holocauſta et victimas v̄ras:
decimas ⁊ p̄mitias manuū v̄rarꝫ ⁊ vota atq;
donaria p̄mogenita boū ⁊ ouiū: ⁊ comedetis
ibi in cōſpectu dn̄i dei v̄ri. ac letabimini i cū/
ctis ad que miſeritis manū vos ⁊ domꝰ v̄re i
quibus bn̄dixerit vobis dn̄s deus v̄r. Non
facietis ibi que nos h̄ facimꝰ hodie: ſinguli qđ
ſibi rectū videt̄. Neq; eñ vſq; in p̄ns tps ve/
niſtis ad requiē ⁊ poſſeſſionē: quā dn̄s deus
veſter daturus eſt vobis. Trāſibitis iorda=
nem et habitabitis in terra quā dn̄s deus ve=
ſter daturꝰ ē vobis vt requieſcatis a cunctis
hoſtibꝰ p circūitū: ⁊ abſq; vllo timore habite/
tis in loco quē elegerit dn̄s deus veſter: vt ſit
nomen eius in eo. Illuc omnia que precipio
cōferetis holocauſta et hoſtias ac decimas ⁊
primitias manuū veſtrarū: ⁊ quicq̄d p̄cipuū
eſt in muneribꝰ que vouiſtis dn̄o. Ibi epula/
bimini corā dn̄o deo veſtro: vos ⁊ filij ⁊ filie
v̄re. famuli et famule. atq; leuites qui in ve=
ſtris vrbibus cōmorant̄. Neq; eñ habet aliā
ptem ⁊ poſſeſſionē iter vos. Caue ne offeras
holocauſta tua in oī loco quē videris: ſ; in
eo quem elegerit dn̄s in vna tribuū tuarum:
offeres hoſtias et facies quecūq; p̄cipio tibi
Si aūt comedere volueritis: et te eſus carniū
delectauerit occide ⁊ comede iuxta bn̄dictio
nem dn̄i dei tui quā dedit tibi in vrbibꝰ tuis
ſiue imundū fuerit: hoc eſt maculatū ⁊ debile
ſiue mundū hoc eſt integrū ⁊ ſine macula qđ
offerri licet ſicut caprcā ⁊ ceruum. comedes:
abſq; eſu dūtaxat ſanguinis quē ſup terram
quaſi aquā effundes. Nō poteris comedere
in oppidis tuis decimā frumēti et vini et olei
tui: p̄mogenita armentorū ⁊ pecorum: ⁊ oīa
que voueris ⁊ ſponte offerre volueris: ⁊ pri=
mitias manuū tuarū: ſed coram dn̄o deo tuo
comedes ea in loco quē elegerit dn̄s deꝰ tuꝰ:
tu ⁊ filius tuus ⁊ filia ⁊ ſeruꝰ ⁊ famula atq; le=
uites q̄ manet in vrbibus tuis: et letaberis et
reficieris corā dn̄o deo tuo in cūctis ad q̄ ex=
tenderis manū tuā. Caue ne derelinquas le=
uiten in omni tempe quo v̄ſaris in terra. Qñ
dilatauerit dn̄s deus tuus terminos tuos ſi=
cut locutus eſt tibi: ⁊ volueris veſci carnibꝰ
quas deſiderat anima tua: locus aūt quē ele/
gerit dn̄s deus tuus vt ſit nomē eius ibi: ſi ꝓ/
cul fuerit occides de armētis ⁊ pecoribꝰ que
habueris ſicut precepit tibi ⁊ comedes in op/
pidis tuis vt tibi placet. Sicut comeditur ca/
prea ⁊ ceruus: ita veſceris eis: ⁊ mūdus ⁊ im/
mūdus in cōmune veſcent̄: hoc ſolū caue ne
ſanguinē comedas. Sanguis eñ eorū ꝓ ani=
ma eſt. ⁊ idcirco nō debes a iam comedere cū
carnibus: ſed ſup terrā fundes quaſi aquam
vt bn̄ ſit tibi ⁊ filijs tuis poſt te: cū feceris qđ
placet in cōſpectu dn̄i. Que aūt ſanctificaue=
ris ⁊ voueris dn̄o: tolles ⁊ venies ad locum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quez elegerit dñs: ⁊ offeres oblationes tuas
carnẽ ⁊ ſanguinẽ ſup altare dñi dei tui. San-
guinẽ hoſtiarũ fundes in altari: carnib⁹ autẽ
ipſe veſceris. Obſerua ⁊ audi oia que ego p̃-
cipio tibi vt bñ ſit tibi ⁊ filijs tuis p⁹ te i ſem-
piternũ cũ feceris qđ bonũ eſt ⁊ placitum in
conſpectu dñi dei tui. Qñ diſpdiderit domi-
nus deus tuus añ faciẽ tuã gentes ad q̃s in-
gredieris poſſidendas. ⁊ poſſederis eas atq̃
habitaueris in terra earũ caue ne imiteris eas
poſtq̃ȝ te fuerint introeunte ſubuerſe. ⁊ requi-
ras cerimonias earũ dicẽs. Sicut coluerunt
gentes iſte deos ſuos ita ⁊ ego colam. Nõ fa-
cies ſimiliter dño deo tuo. Oñes eñ abomi-
nationes quas auerſat dñs: fecerũt dijs ſuis
offerẽtes filios ⁊ filias. ⁊ cõburẽtes igni. Qđ
p̃cipio tibi hoc tm̃ facito dño. nec addas q̃c-
q̃ȝ nec minuas. XIII

Si ſurrexerit in medio tui prophetes:
aut q̃ ſomnium vidiſſe ſe dicat: et p̃-
dixerit ſignũ atq̃ȝ portentũ. ⁊ euene-
rit qđ locutus eſt: ⁊ dixerit tibi. eamus ⁊ ſeq̃-
mur deos alienos quos ignoras. ⁊ ſeruiam⁹
eis: nõ audies verba pphete illius aut ſom-
niatoris. quia temptat vos dñs deus veſter
vt palam fiat vtrũ diligatis eum an nõ in to-
to corde ⁊ in tota aĩa vr̃a. Dñm deũ veſtrum
ſequimini ⁊ ipm̃ timete. ⁊ mãdata illi⁹ cuſto-
dite. ⁊ audite vocẽ eius. Ipſi ſeruietis. et ipſi
adherebitis. Propheta autem ille aut fictor
ſomniorũ interficiet: quia locutus eſt vt vos
auerteret a dño deo vr̃o qui eduxit vos đ ter-
ra egypti ⁊ redemit vos de domo ſeruitutis
vt errare te faceret de via quã tibi p̃cepit do-
minus de⁹ tu⁹: ⁊ auferes malũ de medio tui.
Si tibi voluerit pſuadere frater tuus fili⁹ ma-
tris tue aut fili⁹ tuus vel filia ſiue vxor que ẽ
in ſinu tuo. aut amicus quẽ diligis vt animã
tuã clam dicẽs: eamus ⁊ ſeruiam⁹ dijs alieñis
quos ignoras tu ⁊ pr̃es tui cunctarũ in circũ-
itu gentiũ que iuxta vel pcul ſunt ab initõ vſ-
q̃ȝ ad finẽ terre. nõ acquieſcas ei nec audias:
neq̃ȝ parcat ei oculus tu⁹ vt miſerearis et oc-
cultes eũ ſed ſtatim interficies. Sit primũ ma-
nus tua ſup eũ. ⁊ poſt te oĩs pplˢ mittat ma-
num. Lapidibus obrutus necabit. q2 volu-
it te abſtrahere a dño deo tuo q̃ eduxit te de
terra egypti de domo ſeruitutis: vt ⁊ omnis
iſrl̃ audiẽs timeat. ⁊ nequaq̃ȝ vltra faciat q̃p-
piam hui⁹ rei ſimile. Si audieris i vna vrbi-
um tuarũ quas dñs de⁹ tu⁹ dabit tibi ad ha-
bitandũ dicẽtes aliquos. Egreſſi ſunt filij be-
lial de medio tui ⁊ auerterũt habitatores vr-
bis tue atq̃ȝ dixerũt. eamus ⁊ ſeruiamus dijs
alienis quos ignoratis. q̃re ſollicite ⁊ diligen-
ter rei veritate pſpecta ſi inueneris certuȝ eſſe
qđ dicit. ⁊ abominationẽ hanc ope ppetra-
tam: ſtatim pcuties habitatores vrbis illius
in ore gladij. ⁊ delebis eã. omniaq̃ȝ que in illa
ſunt vſq̃ȝ ad pecora. Quicq̃d etiã ſuppellecti-
lis fuerit. cõgregabis in medio platearũ eius
⁊ cũ ipſa ciuitate ſuccẽdes: ita vt vniuerſa cõ-
ſumas dño deo tuo. et ſit tumulus ſempiter-
nus. Nõ edificabit amplius. ⁊ nõ adherebit
đ illo anathemate q̃cq̃ȝ in manu tua: vt auer-
tat dñs ab ira furoris ſui ⁊ miſereat tui mul-
tiplicetq̃ȝ te ſicut iurauit pr̃ib⁹ tuis qñ audi-
eris vocẽ dñi dei tui. cuſtodiẽs oĩa p̃cepta
eius que p̃cipio tibi hodie vt facias qđ placi-
tum ẽ in cõſpectu dñi dei tui. XIIII

Filij eſtote dñi dei veſtri. Nõ vos in-
cidetis nec facietis caluitiũ ſup mor-
tuo. qm̃ pplˢ ſanctus es dño deo tuo
⁊ te elegit vt ſis ei in pplm̃ peculiareȝ de cun-
ctis gẽtibus que ſunt ſup terrã. Ne comeda-
tis que imunda ſunt. Hoc ẽ aĩal qđ comede-
re debetis bouẽ ⁊ ouẽ ⁊ caprã: ceruũ ⁊ capre-
am. bubalũ: tragelaphũ pygargũ orygem ca-
melopardalũ. Oñe animal quod in duas p-
tes findit vngulã ⁊ ruminat comedetis: de his
ãũt que ruminant ⁊ vngulã non findunt. hec
comedere nõ debetis: camelum. leporẽ. cyro-
grillum. quia ruminant ⁊ non diuidũt vngu-
lam: imunda erũt vobis. Sus quoq̃ȝ qm̃ di-
uidit vngulã ⁊ nõ ruminat. imũda erit. Car-
nibus eorũ nõ veſcemini: ⁊ cadauera nõ tan-
getis. Hec comedetis ex oĩbus que morãtur
in aquis. Que habent pennulas et ſquamas
comedite que abſq̃ȝ pennulis et ſquamis ſũt:
ne comedatis: quia imunda ſunt. Oẽs aues
mũdas comedite. imundas ne comedatis. aq̃-
lam. ſ. ⁊ gryphem ⁊ halyetũ. ixon et vulturẽ
ac miluũ iuxta genus ſuũ ⁊ oẽ coruini generis
⁊ ſtrutionẽ ac noctuã ⁊ larũ atq̃ȝ accipitrẽ iu-
xta genus ſuum: herodiũ ac cygnũ ⁊ ibin ac
mergulũ porphyrionẽ ⁊ nycticoracẽ. onocro-
talum ⁊ caladriũ. ſingula in genere ſuo: vpu-
pam quoq̃ȝ ⁊ veſptilionẽ. ⁊ oñe qđ reptat et
pẽnulas habẽt. imundũ erit ⁊ nõ comedetur
Oñe qđ mũdũ eſt comedite. Quicq̃d auteȝ
morticinũ eſt: ne veſcamini ex eo. Peregrino
qui itra portas tuas ẽ da vt comedat aut vẽ-
de ei. q2 tu pplˢ ſanct⁹ dñi dei tui es. Non co-
ques hedũ in lacte mr̃is ſue. Decimã parteȝ
ſepabis de cũctis fructib⁹ tuis q̃ naſcunt in
terra p annos ſingulos. ⁊ comedes in conſpe-
ctu dñi dei tui in loco quẽ elegerit vt in eo no-
men illius inuocet. decimã frumẽti tui ⁊ vini
⁊ olei ⁊ p̃mogenita de armẽtis ⁊ ouibus tuis
vt diſcas timere dñm deum tuũ in oĩni tem-
pore. Cum aũt longior fuerit via ⁊ loc⁹ queȝ
elegerit dñs de⁹ tu⁹ tibiq̃ȝ bñdixerit. nec po-

teris ad eũ hec cũcta portare: vẽdes omĩa ⁊ i
p̃ciũ rediges: portabiſq; manu tua ⁊ ꝓficiſce-
ris ad locũ quẽ elegerit dñs deus tuꝰ: ⁊ emeſ
ex eadẽ pecunia quicq̃d tibi placuerit ſiue ex
armentis ſiue ex ouibꝰ vinũ quoq; ⁊ ſiceram
⁊ oĩe qđ deſiderat aĩa tua: ⁊ comedes coraꝫ
dño deo tuo: ⁊ epulaberis tu ⁊ domꝰ tua ⁊ le-
uita q̃ intra portas tuas eſt. Caue ne derelin-
quas eũ: quia nõ habet aliã ꝑtem in poſſeſſio-
ne tua. Anno tertio ſeperabis aliam decimaꝫ
ex oĩbꝰ que naſcunt̃ tibi eo tempꝫ ⁊ repo-
nes intra ianuas tuas: venietq; leuites q̃ ali-
am nõ habet ꝑtem nec poſſeſſionẽ tecũ: ⁊ pe-
grinus ac pupillꝰ ⁊ vidua q̃ intra portas tu-
as ſunt: ⁊ comedent ⁊ ſaturabunt̃: vt benedi-
cat tibi dñs deꝰ tuꝰ in cũctis opibus manuũ
tuarũ que feceris. XV

Eptimo anno facies remiſſionẽ que
hꝫ ordine celebrabit̃. Cui debetur ali-
q̃d ab amico vel ꝓximo ac fratre ſuo
repetere non poterit q2 annus remiſſionis eſt
dñi. A pegrino ⁊ aduena exiges: ciuẽ ⁊ pro-
pinquũ repetẽdi nõ habebis ꝑtãtem. Et om-
nino indigens ⁊ mendicus nõ erit inter vos
vt bñdicat tibi dñs deꝰ tuꝰ in terra quã tradi-
turus eſt tibi in poſſeſſionẽ: ſi tñ audieris vo-
cem dñi dei tui: ⁊ cuſtodieris vniuerſa q̃ iuſ-
ſit: ⁊ que ego hodie p̃cipio tibi: bñdicet tibi
vt pollicitus eſt. Fenerabis gentibꝰ multis:
⁊ ipſe a nullo accipies mutuũ. Dñaberis nati-
onibus plurimis ⁊ tui nemo dñabit̃. Si vnꝰ
de fratribus tuis q̃ morant̃ intra portas ciui-
tatis tue in terra quã dñs deꝰ tuus daturꝰ eſt
tibi: ad pauꝑtatẽ deuenerit: nõ obdurabꝪ cor
tuũ: nec cõtrahes manũ ſed apies eam pau-
peri: ⁊ dabis mutuũ quo eũ indigere ꝑſpexe-
ris. Caue ne forte ſubrepat tibi impia cogita-
tio ⁊ dicas in corde tuo: appropinquat ſepti-
mus annus remiſſiõis: ⁊ auertas oc̃los tuos
a pauꝑe fratre tuo: nolens ei qđ poſtulat mu-
tuum cõmodare: ne clamet contra te ad dñm
⁊ fiat tibi in pctm̃ ſed dabis ei. Nec ages q̃p-
piam callide in eius neceſſitatibꝰ ſubleuãdis
vt bñdicat tibi dñs deꝰ tuꝰ in oĩ tempꝫ: ⁊ in
cũctis ad que manũ miſeris. Nõ deerũt pau-
peres in terra habitatiõis tue: idcirco ego p̃-
cipio tibi: vt apias manũ fratri tuo egeno et
pauꝑi: qui tecũ v̈ſat̃ in terra. Cũ tibi vendi-
tus fuerit frater tuus hebreus aut hebrea et
ſex annis ſeruierit tibi: in ſeptimo anno dimit-
tes eũ liberum. Et quẽ libertati donaueris ne-
quaq̃ȝ vacuũ abire patieris: ſed dabis viati-
cum de gregibus ⁊ de area ⁊ torculari tuo q̃-
bꝰ dñs deꝰ tuꝰ bñdixerit tibi. Memẽto q̄ et
ipſe ſeruieris in terra egypti: et liberauerit te
dñs deꝰ tuus: ⁊ idcirco ego nunc p̃cipio tibi

Sin aũt dixerit: nolo egredi eo qđ diligat te
⁊ domũ tuã: ⁊ bñ ſibi apđ te eſſe ſentiat: aſſu-
mes ſubulã ⁊ ꝑforabis aurem eiꝰ in ianua do-
mus tue ⁊ ſeruiet tibi vſq; in eternũ. Ancille
quoq; ſimilit̃ facies. Nõ auertes ab eis ocu-
los tuos qñ dimiſeris eos liberos: qm̃ iuxta
mercedẽ mercennarij: ꝑ ſex annos ſeruiuit ti-
bi: vt bñdicat tibi dñs deus tuꝰ in cũctis opi-
bus que agis. De primogenitis que naſcun-
tur in armẽtis ⁊ ouibꝰ tuis q̃cq̃d eſt ſexꝰ ma-
ſculini ſanctificabꝪ dño deo tuo. Nõ opaberis
in p̃mogenito bouis ⁊ nõ tondebis p̃mogeni-
ta ouium In conſpectu dñi dei tui comedes
ea ꝑ annos ſingulos in loco quẽ elegerit dñs
tu ⁊ domus tua. Si aũt habuerit maculam
⁊ vel claudũ fuerit vel cecũ aut in aliqua ꝑte
deforme vel debile: non imolabitur dño deo
tuo ſed intra portas vrbis tue comedes illđ.
Tam mũdus q̄ȝ imundus ſilr̃ veſcent̃ eis
quaſi caprea ⁊ ceruo. Hoc ſolum obſeruabis
vt ſanguinẽ eorum nõ comedas ſed effundes
in terrã quaſi aquã. XVI

Bſerua mẽſem nouarũ frugũ et ver-
ni p̃mũ tempis vt facias phaſe dño
deo tuo: qm̃ in iſto mẽſe eduxit te do-
minus deꝰ tuꝰ de egypto nocte. Immolabiſ-
q; phaſe dño deo tuo de ouibꝰ ⁊ de bobus in
loco quẽ elegerit dñs deꝰ tuus vt habitet no-
men eius ibi. Nõ comedes in eo panẽ fermẽ-
tatũ. Septem diebus comedes abſq; fermen-
to afflictiõis panem: qm̃ in pauore egreſſus
es de egypto vt memineris diei egreſſionis
tue de egypto omnibus diebus vite tue. Nõ
apparebit fermentatũ in oĩbꝰ terminis tuis
ſeptẽ diebus: ⁊ nõ remanebit de carnibus eiꝰ
qđ imolatũ eſt veſpꝫ: in die p̃mo vſq; mane.
Nõ poteris imolare phaſe in qualibet vrbi-
um tuarũ quas dñs deꝰ tuus daturus ẽ tibi.
ſed in loco quẽ elegerit dñs deꝰ tuꝰ: vt habi-
tet nomẽ eius ibi. Immolabiſq; phaſe veſpꝫ
ad ſolis occaſum qñ egreſſus es de egypto et
coques ⁊ comedes in loco quẽ elegerit domi-
nus deꝰ tuꝰ: maneq; conſurgẽs vades in ta-
bernacula tua. Sex diebus comedes azyma
⁊ in die ſeptima quia collecta eſt dñi dei tui:
nõ facies opus. Septẽ hebdomadas nume-
rabis tibi ab ea die qua falcẽ in ſegetẽ miſeris.
⁊ celebrabis diem feſtũ hebdomadarũ domi-
no deo tuo oblationẽ ſpontaneã manus tue.
quã offeres iuxta bñdictionem dñi dei tui: ⁊
epulaberis corã dño deo tuo: tu ⁊ filiꝰ tuus ⁊
filia tua ⁊ ſeruus tuus ⁊ ancilla tua: ⁊ leuites
qui eſt intra portas tuas: ⁊ aduena ac pupil-
lus ⁊ vidua q̃ morant̃ vobiſcum in loco quẽ
elegerit dñs deꝰ tuus: vt habitet nomẽ eius
ibi: ⁊ recordaberis qm̃ ſeruꝰ fueris in egypto

cuſtodieſqꝫ ac facies q̄ tibi precepta ſunt. So„
lennitatē quoqꝫ tabernaculorū celebrabis ꝑ
ſeptem dies qñ collegeris de area ⁊ torculari
fruges tuas: ⁊ epulaberis in feſtiuitate tua:
tu ⁊ filius tuus ⁊ filia ⁊ ſeruus tuus ⁊ ancilla
leuites quoqꝫ ⁊ aduena ⁊ pupillus et vidua
qui intra portas tuas ſunt. Septē dieb⁹ dño
deo tuo feſta celebrabis in loco quez elegerit
dñs: bñdicetqꝫ tibi dñs de⁹ tuus in cūctꝭ fru„
gibus tuis: ⁊ in oñi ope manuū tuarū eriſqꝫ
in leticia. Tribus vicibus ꝑ annū apparebit
oñe maſculinū tuū in cōſpectu dñi dei tui in
loco quē elegerit in ſolēnitate azymorū: ⁊ i ſo
lennitate hebdomadarū ⁊ in ſolennitate tab=
naculorum. Non apparebit ante dñm vacu/
us: ſed offeret vnuſquiſqꝫ ſm q̄ habuerit iu=
xta bñdictiōꝫ dñi dei ſui quā dederit ei. Iudi„
ces ⁊ magiſtros conſtitues i oñibus portis
tuis quas dñs deus tu⁹ dederit tibi ꝑ ſingu/
las tribus tuas vt iudicēt ꝑplm iuſto iuditio
nec in alterā ꝑtem declinent. Nō accipies per„
ſonā nec munera: quia munera excecant ocu„
los ſapientū. ⁊ mutāt verba iuſtoruꝫ. Iuſte
qḋ iuſtū eſt pſequeris vt viuas et poſſideas
terrā quā dñs deus tu⁹ dederit tibi. Nō plā„
tabis lucū ⁊ oēm arborem iuxta altare domi=
ni dei tui: nec facies tibi atqꝫ conſtitues ſtatu
am que odit dñs deus tuus. XVII

Non imolabis dño deo tuo bouem et
ouē in quo ē macula aut quippiaꝫ vi=
tiū quia abominatio eſt dño deo tuo.
Cunqꝫ reperti fuerint apud te intra vnā por„
tarū tuarum quas dñs deus tuus dabit tibi
vir aut mulier q̄ faciant malū in cōſpectu do/
mini dei tui ⁊ trāſgrediant̄ pactū illius vt va„
dant ⁊ ſeruiāt dijs alienis ⁊ adorēt eos ſoleꝫ
⁊ lunā ⁊ oēm militiā celi que nō p̄cepit. ⁊ h̄ ti„
bi fuerit nūciatū: audienſqꝫ inquiſieris dili=
genter ⁊ verū eſſe repereris. et abominatio fa„
cta eſt in iſrael: educes virū ac mulierē q̄ rem
ſceleratiſſimam ꝑpetrarunt: ad portas ciuita„
tis tue. ⁊ lapidibus obruent̄. In ore duoruꝫ
aut triū teſtiū ꝑibit q̄ interficiet̄. Nemo occi=
datur: vno cōtra ſe dicēte teſtimoniū. Ma=
nus teſtiū p̄ma interficiet eū. et man⁹ reliqui
ꝑplī extrema mittet̄. vt auferas maluꝫ de me/
dio tui. Si difficile ⁊ ambiguū apud te iudi/
cium eſſe ꝓſpexeris. inter ſanguinē et ſangui=
nem. cām ⁊ cauſaꝫ. leprā ⁊ nō leprā. ⁊ iudiciā
intra portas tuas videris verba variari ſur/
ge ⁊ aſcēde ad locuꝫ quē elegerit dñs de⁹ tu⁹
venieſqꝫ ad ſacerdotes leuitici generis: et ad
iudicem q̄ fuerit illo tempe: quereſqꝫ ab eis q̄
indicabūt tibi iudicij veritatē. ⁊ facies quod
q̄cūqꝫ dixerint qui p̄ſūt loco quē elegerit dñſ
⁊ docuerint te iuxta legē eius ſequeriſqꝫ ſen=
tentiā eoꝝ nec declinabis ad dexterā neqꝫ ad
ſiniſtrā. Qui aūt ſupbierit nolens obedire ſa„
cerdotis impio q̄ eo tempe miniſtrat dño do
tuo: ex decreto iudicis morieꝛ hō ille: ⁊ aufe„
res malū de iſrl̄: cūctuſqꝫ ꝑpl̄s audiens time=
bit vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia:
Cū ingreſſus fueris terrā quā dñs de⁹ tuus
dabit tibi: ⁊ poſſederꝭ eā habitaueriſqꝫ in illa
⁊ dixeris: cōſtituā ſup me regē ſicut hñt oēs
ꝑ circūitū nationes: eū cōſtitues quē dñs de„
us tuus elegerit de numero fratrū tuoꝝ. Nō
poteris alteri⁹ gentis hoiem regē facere: qui
nō ſit frater tuus. Cūqꝫ fuerit cōſtitutus: nō
multiplicabit ſibi equos: nec reducet ꝑplm in
egyptū equitatus numero ſubleuatus: p̄ſer=
tim cū dñs p̄ceperit vob̄ vt nequaq̄ꝫ ampli⁹
ꝑ eandem viā reuertamini. Nō habebit vxo„
res plurimas que alliciant animū ei⁹: neqꝫ ar
genti ⁊ auri imenſa pondera. Poſtq̄ꝫ aūt ſe/
derit in ſolio regni ſui: deſcribet ſibi deutro=
nomiū legis hui⁹ in volumine accipiēs exem„
plara ſacerdotib⁹ leuitice trib⁹ ⁊ habebit ſe=
cum legetqꝫ illud oib⁹ diebus vite ſue. vt di/
ſcat timere dñm deū ſuū. ⁊ cuſtodire verba ⁊
cerimonias eius que in lege p̄cepta ſūt. Nec
eleueꝛ cor eius in ſupbiam ſup fratres ſuos:
neqꝫ declinet in ꝑtem dexterā vel ſiniſtrā: vt
longo tpe regnet ipē ⁊ filij ei⁹ ſup iſrl̄.

Non habebūt ſacerdo= XVIII
tes ⁊ leuite ⁊ oēs q̄ de eadē tribu ſūt
ꝑtem ⁊ hereditatē cū reliquo iſrael:
quia ſacrificia dñi ⁊ oblatiōes eius comedēt
⁊ nihil aliud accipiēt de poſſeſſione fratrum
ſuorū. Dñs eñ ipē eſt hereditas eorū. ſic lo=
cutus ē illis. Hoc erit iudiciū ſacerdotū a po„
pulo ⁊ ab his qui offerūt victimas ſiue bouē
ſiue ouē imolauerit dabūt ſacerdoti armum
ac ventriculū. p̄micias frumēti vini et olei et
lanarū ꝑteꝫ ex ouiū tonſione. Ipm eñ elegit
dñs de⁹ tu⁹ de cunctis tribub⁹ tuis vt ſtet et
miſtret noī dñi dei tui ipē ⁊ filij ei⁹ in ſempit=
nū. Si exierit leuites ex vna vrbiuꝫ tuarum
ex oñi iſrl̄ in q̄ habitat ⁊ voluerit venire de=
ſiderās locū quē elegerit dñs: miniſtrabit in
noīe dñi dei ſui: ſicut oēs frēs ei⁹ leuite q̄ ſta=
būt eo tpe corā dño. Partē ciborū eandē ac=
cipiet quā ⁊ ceteri: excepto eo qḋ in vrbe ſua
ex paterna ei ſucceſſione debet̄. Qñ igreſſus
fueris terrā quā dñs de⁹ tu⁹ dabit tibi. caue
ne imitari velis abominatiōes illarū gentiū:
nec inueniat̄ in te q̄ luſtret filiū ſuū aut filiam
ducens ꝑ ignē aut q̄ ariolos ſciſcitet̄. aut ob=
ſeruet ſomnia atqꝫ auguria: ne ſit maleficus.
nec incātator. neqꝫ phitones cōſulat nec diui„
nos ⁊ q̄rat a mortuis vitatē. Oia eñ hec ab„
ominat̄ dñs ⁊ ꝓpt̄ iſtiuſmodi ſcelera delebit



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eos in introitu tuo: ꝑfectus eris ⁊ abſq; ma-
cula cū dn̄o deo tuo. Gentes iſte quarū poſſi-
debis terrā: augures ⁊ diuinos audiunt: tu
aūt a dn̄o deo tuo aliter inſtitutꝰ es. Prophe-
tam de gente tua ⁊ de fratribꝰ tuis ſic̄ me ſu-
ſcitabit tibi dn̄s deus tuꝰ: ip̄m audies vt pe-
tiſti a dn̄o deo tuo in oreb: qn̄ contio congre-
gata ē atq; dixiſti. Ultra nō audiā vocē dn̄i
dei mei. ⁊ ignē hunc maximū amplius nō vi-
debo ne moriar. Et ait dn̄s mihi. Bn̄ omnia
ſūt locuti. Prophetā ſuſcitabo eis de medio
fratrū ſuoꝝ ſimilē tui: ⁊ ponā v̄ba mea i ore
eiꝰ: loqueturq; ad eos oīa que p̄cepero illi
Qui aūt v̄ba eiꝰ que loquet̄ in noīe meo au-
dire noluerit: ego vltor exiſtam. Propheta
aūt qui arrogantia deprauatus voluerit loq̄
in noīe meo que ego nō p̄cepi illi vt diceret:
aut ex noīe alienoꝝ deoꝝ interficiet̄. Q̄ ſi ta-
cita cogitatione r̄nderis: quō poſſum intelli-
gere verbū qḋ dn̄s nō eſt locutus: hoc habe-
bis ſignū. Qḋ in noīe dn̄i ꝓpheta ille p̄dixe-
rit ⁊ nō euenerit: h̄ dn̄s nō eſt locutꝰ ſ; per tu-
morē animi ſui ꝓpheta cōfinxit: ⁊ idcirco nō
timebis eum. XIX

Cum diſꝑdiderit dn̄s deꝰ tuus gētes
quarū tibi traditurꝰ ē terram: ⁊ poſ-
ſederis eā habitaueriſq; in vrbibꝰ eiꝰ
⁊ in edibꝰ: tres ciuitates ſepab̄ tibi in medio
terre quā dn̄s deus tuus dabit tibi in poſſeſ-
ſionem ſternēs diligēter viā. ⁊ in tres equa-
liter p̄tes totā terre tue ꝓuinciā diuides: vt
habeat e vicino qui ꝓpter homicidiū ꝓfugꝰ
eſt quo poſſit euadere. Hec erit lex homicide
fugientis cuiꝰ vita ſeruāda ē. Qui ꝑcuſſerit
ꝓximū ſuū neſciens: ⁊ q̄ heri ⁊ nudiuſtertius
nullū cōtra eū odiū habuiſſe cōprobat̄ ſ; ab-
iſſe cū eo ſimpliciter in ſiluā ad ligna cedēda.
⁊ in ſucciſiōe lignoꝝ ſecuris fugerit manu: fer-
rumq; lapſum de manubrio amicū eius per-
cuſſerit ⁊ occiderit: hic ad vnā ſupradictarū
vrbiū confugiet ⁊ viuet: ne forſitan ꝓximus
eius cuius effuſus ē ſanguis dolore ſtimula-
tus ꝑſequat̄ ⁊ apprehendat eū ſi longior via
fuerit ⁊ ꝑcutiat aīam eiꝰ qui nō eſt reus mor-
tis: quia nullum cōtra eū q̄ occiſus ē odiū pri-
us habuiſſe monſtrat̄. Idcirco p̄cipio tibi vt
tres ciuitates equales intra ſe ſpacij diuidas
Cū aūt dilatauerit dn̄s deus tuus terminos
tuos ſicut iurauit p̄ribus tuis ⁊ dederit tibi
cūctam terram quā eis pollicitus ē: ſi tamen
cuſtodieris mādata eius ⁊ feceris q̄ hodie p̄-
cipio tibi: vt diligas dn̄m deū tuum ⁊ ambu-
les in vijs eiꝰ oīi tempe: addes tibi tres ali-
as ciuitates: ⁊ ſupradictarū triū vrbium nu-
merū duplicabis: vt non effundat̄ ſanguis i-
noxius in medio terre quam dn̄s deus tuus
dabit tibi poſſidendā: ne ſis ſanguinis reus.
Si quis aūt odio habens proximū: inſidiatꝰ
fuerit vite eius ſurgenſq; percuſſerit illum et
mortuus fuerit: fugeritq; ad vnā de ſupradi-
ctis vrbibus: mittent ſeniores ciuitatis illius
⁊ arripient eum de loco effugij: tradentq; in
manu ꝓximi cuius ſanguis effuſus ē: ⁊ mo-
rietur. Non miſereberis eius ⁊ auferes no-
xium ſanguinem de iſrael: vt bn̄ ſit tibi. Non
aſſumes ⁊ trāſferes terminos proximi tui q̄s
fixerunt priores in poſſeſſione tua quam dn̄s
deus tuꝰ dabit tibi in terra quā acceperis poſſi-
dendā. Nō ſtabit teſtis vnus cōtra aliquem
quicquid illud peccati ⁊ facinoris fuerit: ſed
in ore duorum aut triū teſtiū ſtabit oīe ver-
bum. Si ſteterit teſtis mēdax cōtra hominē
accuſans eum p̄uaricationis: ſtabunt ambo
quorū cauſa eſt ante dn̄m in conſpectu ſacer-
dotum ⁊ iudicum qui fuerint in diebus illis
Cumq; diligentiſſime ꝑſcrutantes inuenerint
falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuū men-
daciū reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogita-
uit: ⁊ auferes malū de medio tui: vt audiētes
ceteri timorē habeant: ⁊ nequaq̄ talia aude-
ant facere. Nō miſereberis eius: ſed animam
pro anima: oculū ꝓ oculo: dentem pro dente
manū pro manu: pedem pro pede exiges.

Si exieris ad bellū XX
cōtra hoſtes tuos: et videris equita-
tus ⁊ currus ⁊ maiorem q̄ tu habeas
aduerſarij exercitus multitudinem: nō time-
bis eos: quia dn̄s deus tuus tecum ē q̄ edu-
xit te de terra egypti. Appropinquante autē
iam prelio: ſtabit ſacerdos ante aciem: et ſic
loquet̄ ad populū. Audi iſrael. Uos hodie
cōtra inimicos veſtros pugnā cōmittitis: nō
ꝑtimeſcat cor veſtrū. Nolite metuere: nolite
cedere: nec formidetis eos: quia dn̄s deꝰ ve-
ſter in medio veſtri eſt: ⁊ ꝓ vobis contra ad-
uerſarios dimicabit vt eruat vos de pericu-
lo. Duces quoq; ꝑ ſingulas turmas audien-
te exercitu ꝓclamabunt. Quis eſt homo qui
edificat domū nouā: ⁊ nō dedicauit eā? Ua-
dat ⁊ reuertat̄ in domū ſuam: ne forte moria-
tur in bello ⁊ alius dedicet eā. Quis ē homo
qui plantauit vineā: et necdum fecit eam eſſe
cōmunē de qua veſci omnibꝰ liceat? Uadat
⁊ reuertatur in domum ſuā ne forte moriatur
in bello. ⁊ alius homo eius fungatur officio:
Quis eſt homo qui deſpondit vxorem: ⁊ nō
accepit eam? Uadat ⁊ reuertat̄ in domū ſuā
ne forte moriat̄ in bello ⁊ alius homo accipi-
at eam. His dictis addēt reliqua: ⁊ loquen-
tur ad ppl'm. Quis eſt homo formidoloſus ⁊
corde pauido? Uadat ⁊ reuertatur in domū
ſuam: ne pauere faciat corda fratrum ſuoꝝ:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſicut ipſe timore perterritus eſt. Cūq́ȝ ſiluerit
duces exercitus ⁊ finē loquēdi fecerint: vnuſ-
quiſq́ȝ ſuos ad bellandū cuneos preparabit.
Si quādo acceſſeris ad expugnandā ciuita-
tem offeres ei primum pacem. Si receperit et
aperuerit tibi portas: cūctus populus qui in
ea eſt: ſaluabit᷑ ⁊ ſeruiet tibi ſub tributo. Sin
aūt fedus inire noluerit ⁊ ceperit ꝯtra te bel-
lum: oppugnabis eam. Cūq́ȝ tradiderit dn̄s
deus tuus illam in manu tua: ꝑcuties omne
quod in ea generis maſculini eſt in ore gladij
abſq́ȝ mulieribus ⁊ infantibus iumentis ⁊ ce-
teris que in ciuitate ſunt. Omnem p̄dam exer-
citui diuides: ⁊ comedes de ſpolijs hoſtium
tuorum que dn̄s deus tuus dederit tibi. Sic
facies cūctis ciuitatibus que a te procul val-
de ſunt: ⁊ nō ſunt de his vrbibus quas ī poſ-
ſeſſionem accepturus es. De his aūt ciuitati-
bus que dabuntur tibi: nullum omnino per-
mittes viuere: ſed interficies in ore gladij: ethe-
um videlicet ⁊ ammoreū: ⁊ chananeū: phe-
rezeū ⁊ eueū ⁊ iebuſeum: ſicut p̄cepit tibi do-
minus deus tuus: ne forte doceāt vos facere
cūctas abominationes quas ipſi operati ſunt
dijs ſuis: et peccetis in dn̄m deum veſtrum.
Quādo obſederis ciuitatem multo tempore
⁊ munitionibus circumdederis vt expugnes
eam: non ſuccides arbores de quib⁹ veſci po-
teſt: nec ſecuribus per circūitum debes vaſta-
re regionē quoniā lignū eſt et non homo: nec
poteſt bellantium cōtra te augere numerum
Si qua aūt ligna nō ſunt pomifera ſed agre-
ſtia ⁊ in ceteros apta vſus: ſuccide et extrue
machinas donec capias ciuitatem que ꝯtra
te dimicat. XXI

Quando inuentum fuerit in t̄ra quaȝ
dn̄s deus tuus daturus eſt tibi: ho-
minis cadauer occiſi ⁊ ignorabit᷑ ce-
dis reus: egredientur maiores natu et iudi-
ces tui: ⁊ metient᷑ a loco cadaueris ſingula-
rum per circūitum ſpacia ciuitatum: ⁊ quam
viciniorē ceteris eſſe ꝓſpexerint: ſeniores ci-
uitatis illius tollent vitulā de armento q̄ nō
traxit iugum: nec terram ſcidit vomere: et du-
cent eā ad vallē aſperā atq́ȝ ſaxoſam que nun-
q̄ȝ arata eſt: nec ſementē recepit: ⁊ cedent ī ea
ceruices vitule. Accedentq́ȝ ſacerdotes filij
leui q̄s elegerit dn̄s de⁹ tuus vt miniſtrent ei
⁊ bn̄dicāt in noīe ei⁹: ⁊ ad v̄bū eorū oē nego-
tiū pendet: ⁊ q̄cq̄c mūdū vel imūdū ē iudice-
tur. Et veniēt maiores natu ciuitat̄ illi⁹ ad ī-
terfectū lauabūtq́ȝ manus ſuas ſup vitulā q̄
in valle ꝑcuſſa ē: ⁊ dicēt. Man⁹ nr̄e nō effu-
derūt ſanguinē hūc: nec oc̄li viderūt. Propi-
tius eſto ꝓplo tuo iſrl̄ quē redemiſti dn̄e: ⁊ nō
reputes ſanguinē innocētē in medio ppl̄i tui
iſrl̄. Et auferet᷑ ab eis reat⁹ ſanguinis: tu aūt
alien⁹ eris ab innocētis cruore q̄ fuſus eſt cū
feceris qd̄ p̄cepit dn̄s. Si egreſſus fueris ad
pugnā ꝯtra inimicos tuos: et tradiderit eos
dn̄s de⁹ tu⁹ in manu tua: captiuoſq́ȝ duxeris
⁊ videris in numero captiuorū mulierē pul-
cram ⁊ adamaueris eā volueriſq́ȝ hr̄e vxorē
introduces eā in domū tuā. Que radet ceſa-
riem ⁊ circūcidet vngues ⁊ deponet veſtē in
qua capta ē: ſedēſq́ȝ in domo tua flebit patrē
⁊ matrē ſuam vno mēſe ⁊ poſtea intrabis ad
eā dormieſq́ȝ cū illa: ⁊ erit vxor tua. Si autē
poſtea nō ſederit aīo tuo: dimittes eā liberā:
nec vēdere poteris pecunia: nec opprimere ꝑ
potentiā: q: hūiliaſti eā. Si habuerit hō vxo-
res duas vnā dilectā ⁊ alterā odioſam genue-
ritq́ȝ ex eis liberos: ⁊ fuerit fili⁹ odioſe primo-
genitus: volueritq́ȝ ſubſtantiā int̄ filios ſuos
diuidere: nō poterit filiū dilecte facere p̄mo-
genitū ⁊ p̄ferre filio odioſe: ſed filium odioſe
agnoſcet p̄mogenitū: dabitq́ȝ ei de his q̄ ha-
buerit cūcta duplicia. Iſte ē eni p̄ncipiū libe-
rorū ei⁹: ⁊ huic debent᷑ p̄mogenita. Si genue-
rit hō filiū contumacē ⁊ ꝓteruū q̄ non audie-
rit pr̄is ac mr̄is imperiū: ⁊ coercitus obedire
ꝯtēſerit: apprehēdēt eum ⁊ ducēt ad ſeniores
ciuitat̄ illi⁹ ⁊ ad portā iudicij: dicētq́ȝ ad eoſ
Fili⁹ nr̄ iſte ꝓteru⁹ ⁊ cōtumax ē. monita nr̄a
audire ꝯtemnit: comeſſatiōib⁹ vacat ⁊ luxu-
rie atq́ȝ ꝯuiuijs: lapidib⁹ eū obruet ppl̄s ciui-
tatis: ⁊ morietur: vt auferat̄ malum de medio
vr̄i: ⁊ vniūſus iſrl̄ audiēs ꝑtimeſcat. Qn̄ pec-
cauerit hō qd̄ morte plectendū ē: ⁊ adiudica-
tus morti appenſus fuerit in patibulo: nō ꝑ-
manebit cadauer ei⁹ in ligno: ſ; in eadem die
ſepeliet᷑: q: maledict⁹ a deo ē q̄ pēdet ī ligno:
⁊ nequaq́ȝ cōtaminabis t̄rā tuā quā dn̄s de⁹
tuus dederit tibi in poſſeſſionē. XXII

Non videbis bouē fratr̄ tui aut ouē er-
rantē ⁊ p̄teribis. ſ; reduces fratri tuo
etiā ſi nō ē ꝓpinquus frater tuuſ nec
noſti eum: duces in domum tuā et erūt apud
te q̄ȝdiu querat ea frater tuus ⁊ recipiat. Si-
militer facies de aſino ⁊ de veſtimēto ⁊ de oī
re fratris tui que perierit: ſi inueneris eam ne
negligas quaſi alienam. Si videris aſinum
fratris tui aut bouem cecidiſſe in via: non de-
ſpicies: ſed ſubleuabis cum eo. Non indue-
tur mulier veſte virili: nec vir vtetur veſte fe-
minea. Abominabilis enim apud deum eſt q̄
facit hoc. Si ambulans per viam: in arbore
vel in terra nidum auis inueneris ⁊ matrem
pullis vel ouis deſuper incubantem: non te-
nebis eam cū filijs: ſed abire patieris captos
tenens filios vt bn̄ ſit tibi ⁊ longo viuas tē-
pore. Cum edificaueris domum nouam: fa-

cies murũ tecti ꝑ circuitũ ne effundatᷣ ſãguis
in domo tua ⁊ ſis reus labẽte alio ⁊ in ꝑceps
ruente. Non ſeres vineam tuã altero ſemine
ne ⁊ ſementis quã ſeuiſti ⁊ que naſcunᷣ ex vi=
nea ꝑiter ſanctificenᷣ. Nõ arabis in boue ſi=
mul ⁊ aſino. Nõ indueris veſtimẽto qđ ex la
na linoq̃ʒ cõtextũ eſt. Funiculos in fimbrijs
facies ꝑ quatuor angulos palij tui quo ope=
riris. Si duxerit vir vxorem. et poſtea odio
habuerit eã: queſieritq̃ʒ occaſiones quibus
dimittat eã obijciens ei nomẽ peſſimũ ⁊ dixe
rit: vxorẽ hanc accepi ⁊ ingreſſus ad eã nõ in
ueni ꝟginẽ. tollent eã pater ⁊ mater ei⁹: et fe
rent ſecũ ſigna virginitatis eius: ad ſeniores
vrbis qui in porta ſunt et dicet pater. Filiam
meã dedi huic vxorẽ: quã quia odit imponit
ei nomẽ peſſimũ vt dicat: nõ inueni filiã tuaʒ
virginem: ⁊ ecce hec ſũt ſigna virginitatis fi=
lie mee. Expandent veſtimẽtũ corã ſeniorib⁹
ciuitatis apprehendentq̃ʒ ſenes vrbis illi⁹ vi=
rum ⁊ verberabunt illum: cõdemnantes inſu
per centũ ſiclis argenti quos dabit pr̃i puel=
le: qm̃ diffamauit nomẽ peſſimũ ſuꝑ virgineʒ
iſrael: habebitq̃ʒ eã vxorẽ ⁊ nõ poterit dimit
tere oĩbus diebus vite ſue. Qđ ſi verũ eſt qđ
obijcit. ⁊ nõ eſt in puella inuẽta ꝟginitas: eij=
cient eam extra fores domus pr̃is ſui. et lapi
dibus obruent viri ciuitatis illius. ⁊ morieᷣ
qm̃ fecit nephas ĩ iſrael vt fornicareᷣ ĩ domo
pr̃is ſui. ⁊ auferes malũ đ medio tui. Si dor=
mierit vir cum vxore alterius. vterq̃ʒ morieᷣ
id eſt adulter ⁊ adultera. ⁊ auferes maluʒ de
iſrael. Si puellã virginẽ deſponderit vir ⁊ i=
uenerit eam aliquis in ciuitate et cõcubuerit
cum ea. educes vtrũq̃ʒ ad portã ciuitatis illi=
us. ⁊ lapidibus obruenᷣ. puella quia nõ cla=
mauit cũ eſſet ĩ ciuitate: vir quia humiliauit
vxorẽ ꝓximi ſui. ⁊ auferes malum de medio
tui. Sin autẽ in agro reperit vir puellaʒ que
deſponſata eſt. ⁊ apprehendẽs cõcubuerit cũ
ea ipſe morieᷣ ſolus: puella nihil patieᷣ. nec ẽ
rea mortis: qm̃ ſicut latro conſurgit cõtra fra
trem ſuum. et occidit animam eius. ita et pu
ella perpeſſa eſt. Sola erat in agro. clamauit
et nullus affuit qui liberaret eam. Si inuene=
rit vir puellam virginem que non habʒ ſpon
ſum. ⁊ apprehendens concubuerit cum illa: ⁊
res ad iudicium venerit. dabit qui dormiuit
cum ea patri puelle: quinquaginta ſiclos ar=
genti. ⁊ habebit eam vxorem: quia humilia
uit illam. Non poterit dimittere eam cunctis
diebus vite ſue. Nõ accipiet homo vxorem
patris ſui: nec reuelabit operimentum eius.

Non intrabit eu= XXIII
nuchus attritis vel amputatis teſti=
culis et abſciſo veretro eccleſiam dñi

Non ingredieᷣ manſer. hoc eſt de ſcorto nat⁹
in eccleſiam domini vſq̃ʒ ad decimã generati=
onem. Ammonites ⁊ moabites etiã poſt de
cimam generationem nõ intrabunt ecclſiam
domini ineternum. quia noluerũt vobis oc
currere cum pane ⁊ aqua in via quãdo egreſ
ſi eſtis de egypto. et quia conduxerunt cõtra
te balaam filium beor de meſopotamia ſyrie
vt malediceret tibi. ⁊ noluit dominus de⁹ tu
us audire balaam. vertitq̃ʒ maledictionẽ ei⁹
in benedictionem tuam eo q̃ diligeret te. Nõ
facies cum eis pacẽ: nec queras eis bona cũ=
ctis diebus vite tue in ſempiternum. Nõ ab
ominaberis idumeum. quia frater tuus eſt:
nec egyptium. quia aduena fuiſti in terra ei⁹
Qui nati fuerint ex eis tertia generatiõe in=
trabunt in eccleſiam domini. Quando egreſ=
ſus fueris aduerſus hoſtes tuos in pugnam
cuſtodies te ab omni re mala. Si fuerit inter
vos homo qui nocturno pollutus ſit ſomnio
egredietur extra caſtra et non reuertetur pri
uſq̃ʒ ad veſperam lauetur aqua: ⁊ poſt ſolis
occaſum regredietur in caſtra. Habebis lo
cum extra caſtra ad quem egrediaris ad re=
quiſita nature: gerens paxillum in baltheo.
Cumq̃ʒ ſederis fodies per circuitum et egeſta
humo operies quo reuelatus es. Dominus
enĩ deus tuus ambulat in medio caſtrorum:
vt eruat te et tradat tibi inimicos tuos: vt ſint
caſtra tua ſancta. et nihil in eis appareat fedi=
tatis. ne derelinquat te. Non trades ſeruum
dño ſuo qui ad te confugerit. Habitabit te
cum in loco qui ei placuerit. ⁊ in vna vrbium
tuarum requieſcet: ne contriſtes eum. Non
erit meretrix de filiabus iſrael: nec ſcortator
de filijs iſrael. Non offeres mercedem proſti=
buli: nec precium canis in domo domini dei
tui: quicquid illud eſt quod vouerint: q̃r abo
minatio eſt vtrũq̃ʒ apud dominum deum tu=
um. Non fenerabis fratri tuo ad vſuram pe
cuniam: nec fruges nec quamlibet aliam rem
ſed alieno. Fratri autem tuo abſq̃ʒ vſura: id
quo indiget commodabis: vt benedicat tibi
dominus deus tuus in omni opere tuo in ter
ra ad quam ingredieris poſſidendam. Cum
votum voueris domino deo tuo non trada=
bis reddere quia requiret illud dominus de=
us tuus: ⁊ ſi moratus fueris reputabitur ti=
bi in peccatum. Si nolueris polliceri: abſq̃ʒ
peccato eris. Quod aũt ſemel egreſſuʒ eſt de
labijs tuis obſeruabis: et facies ſicut ꝓmiſi=
ſti domino deo tuo: ⁊ ꝓpria voluntate et ore
tuo locutus es. Ingreſſus vineã proximi tui
comede vuas q̃ꝫtum tibi placuerit: foras aũt
ne efferas tecũ. Si intraueris ſegetẽ amici tui:
franges ſpicas: ⁊ manu conteres: falce auteʒ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non metes. XXIIII

Si accepit hõ vxorẽ ⁊ habuerit eã et
nõ inuenerit gratiã añ oclos ei⁹ ppt
aliquã feditatẽ: ſcribet libellum repu-
dij ⁊ dabit i manu illi⁹ ⁊ dimittet eã de domo
ſua. Cũq3 egreſſa alterũ maritũ duxerit: ⁊ il-
le quoq3 oderit eã: dederitq3 ei libellum repu-
dij ⁊ dimiſerit de domo ſua vel certe mortu⁹
fuerit: nõ poterit prior maritus recipe eã in
vxorẽ: q2 polluta ẽ et abominabilis facta co-
ram dño: ne peccare facias terrã tuã quã do-
minus deus tu⁹ tradiderit tibi poſſidendam
Cũ accepit homo nup vxorẽ: non pcedat ad
bellum nec ei quippiã neceſſitatis iniungetur
publice. ſ vacabit abſq3 culpa domui ſue vt
vno ãno letet cũ vxore ſua. Nõ accipias lo-
co pignoris inferiorẽ ⁊ ſupiorẽ molã. q2 aiã
ſuã appoſuit tibi. Si dephẽſus fuerit hõ ſo-
licitãs fratrẽ ſuũ de filijs iſrl' ⁊ vendito eo ac-
ceperit pciũ: interficiet ⁊ auferes malũ d me-
dio tui. Obſerua diligent ne incurras plagã
lepre: ſed facies quecunq3 docuerint te ſacer-
dotes leuitici generis iuxta id qđ precepi eis
⁊ imple ſollicite. Memẽtote q̃ fecerit domi-
nus deus veſter marie in via cũ egrederemi
de egypto. Cũ repetes a pximo tuo rem ali-
quã quã debet tibi: nõ ingredieris domũ ei⁹
vt pign⁹ auferas: ſed ſtabis foris ⁊ ille tibi p-
feret qđ habuerit. Si aũt paup eſt nõ perno-
ctabit apud te pignus: ſ ſtatim reddes ei ãte
ſolis occaſum: vt dormiẽs in veſtimento ſuo
bñdicat tibi: et habeas iuſticiã corã dño deo
tuo. Nõ negabis mercedẽ indigentis ⁊ pau-
peris fratris tui ſiue aduene q̃ tecũ morat in
terra ⁊ intra portas tuas eſt: ſed eadẽ die red-
des ei preciũ laboris ſui añ ſolis occaſum: q2
paup eſt ⁊ ex eo ſuſtentat aiam ſuã: ne clamet
cõtra te ad dñm et reputet tibi in peccatum.
Nõ occident pres p filijs: nec filij p pribus.
ſed vnuſquiſq3 p peccato ſuo moriet. Nõ p-
uertes iudiciũ aduene ⁊ pupilli: nec auferes
pignoris loco vidue veſtimẽtũ. Memẽto q
ſeruieris in egypto: ⁊ eruerit te dñs deus tu⁹
inde. Idcirco pcipio tibi vt facias hãc rem.
Qñ meſſueris ſegetẽ in agro tuo: ⁊ oblit⁹ ma-
nipulũ reliqueris: non reuerteris vt tollas il-
lum: ſed aduenã ⁊ pupillũ ⁊ viduam auferre
patieris: vt bñdicat tibi dñs de⁹ tu⁹ in omni
ope manuũ tuarũ. Si fruges collegeris oliua-
rum quicqđ remãſerit in arborib⁹ nõ reuer-
teris vt colligas ſ relinques aduene: pupil-
lo ac vidue. Si vindemiaueris vineam tuã:
nõ colliges remanẽtes racemos ſed cedent in
vſus aduene: pupilli ac vidue. Memẽto q
⁊ tu ſeruieris in egypto: ⁊ idcirco pcipio tibi
vt facias hanc rem. XXV

Si fuerit cauſa inter aliq̃s et interpel-
lauerint iudices: quẽ iuſtũ eẽ pſpere-
rint illi iuſticie palmã dabũt: quẽ im-
piũ cõdẽnabũt impietatis. Sin aũt eũ q̃ pec-
cauit dignũ viderint plagis: pſternẽt ⁊ corã
ſe faciẽt verberari. Pro menſura peccati erit
⁊ plagarum modus: ita dũtaxat vt quadra-
genarium numerum non excedant ne fede la-
ceratus ante oculos tuos obeat frater tuus.
Non ligabis os bouis terẽtis in area fruges
tuas. Quando habitauerint fratres ſimul et
vnus ex eis abſq3 liberis mortu⁹ fuerit: vxor
defuncti non nubet alteri: ſed accipiet eã fra-
ter eius et ſuſcitabit ſemẽ fratris ſui: ⁊ primo-
genitum ex ea filium nomine illius appella-
bit: vt non deleatur nomẽ eius ex iſrael. Sin
autem noluerit accipere vxorem fratris ſui q̃
ei lege debetur: perget mulier ad portã ciuita-
tis ⁊ interpellabit maiores natu dicetq3. Nõ
vult frater viri mei ſuſcitare ſemen fratris ſui
in iſrael: nec me in coniugium ſumere. Sta-
timq3 accerſiri eum facient. et interrogabunt
Si reſponderit: nolo eam vxorem accipere:
accedet mulier ad eum corã ſenioribus ⁊ tol-
let calciamentum de pede eius ſpuetq3 in fa-
ciem eius: ⁊ dicet. Sic fiet homini qui nõ edi-
ficat domum fratris ſui. Et vocabit nomen
illius in iſrael domus diſcalciati. Si habue-
rint inter ſe iurgium viri duo: et vnus cõtra
alterum rixari ceperit: volenſq3 vxor alteri-
us eruere virum ſuũ de manu fortioris: emi-
ſeritq3 manum et apprehẽderit verenda eius:
abſcides manum illius: nec flecteris ſup eam
vlla miſericordia. Nõ habebis in ſacculo di-
uerſa pondera maius ⁊ minus nec erit in do-
mo tua modius maior ⁊ minor. Pondus ha-
bebis iuſtum et verum: et modius equalis ⁊
verus erit tibi: vt multo viuas tempore ſup
terram quam dominus deus tuus dederit ti-
bi. Abominatur enim dominus eum qui fa-
cit hec: ⁊ aduerſatur oẽm iniuſticiam. Me-
mento que fecerit tibi amelech in via quãdo
egrediebaris ex egypto quõ occurrerit tibi ⁊
extremos agminis tui qui laſſi reſidebant ce-
ciderit: qñ tu eras fame ⁊ labore confectus: ⁊
nõ timuerit deum. Cũ ergo dñs de⁹ tuus de-
derit tibi requiẽ: ⁊ ſubiecerit cũctas p circuĩ-
tum natiões in terra quã tibi pollicitus ẽ: de-
lebis nomen eius ſub celo. Caue ne obliui-
ſcaris. XXVI

Cumq3 intraueris terram quã domi-
nus deus tuus ibi daturus eſt poſ-
ſidendam: et obtinueris eã. atq3 ha-
bitaueris in illa: tolles de cunctis frugibus
tuis primitias et pones in cartallo: pergeſq3
ad locum quem dominus deus tuus elege-

rit vt ibi iuocet nomē eiꝰ: accedeſqꝫ ad ſacer-
dotē ꝗ fuerit i diebꝰ illis: ⁊ dices ad eū. Pro-
fiteoꝛ hodie coꝛā dño deo tuo ꝙ ingreſſus ſū
in terrā ꝓ qua iurauit pr̄ibus noſtris vt da-
ret eā nobis. Suſcipienſqꝫ ſacerdos cartallū
de manu tua ponet añ altare dñi dei tui: ⁊ lo-
queris in ↄſpectu dñi dei tui. Syrus pſeq̄ba-
tur patrē meū: qui deſcēdit in egyptum: ⁊ ibi
ꝑegrinatꝰ eſt in pauciſſimo numero: creuitqꝫ
in gentē magnā ac robuſtā ⁊ infinite multitu-
dinis. Afflixeruntqꝫ nos egyptij ⁊ perſecuti
ſunt iponentes onera grauiſſima ⁊ clamaui-
mus ad dñm deū patrū noſtroꝛū qui exaudi-
uit nos ⁊ reſpexit humilitatē nr̄am ⁊ laboꝛē
atqꝫ anguſtiā: ⁊ eduxit nos de egypto in ma-
nu foꝛti ⁊ brachio extento: in ingenti pauoꝛe
in ſignis atqꝫ poꝛtētis ⁊ introduxit ad locum
iſtū ⁊ tradidit nobis terrā lacte ⁊ melle manā-
tem. Et idcirco nūc offero pꝛimitias frugum
terre quā dñs deus dedit mihi. Et dimittes
eas i ↄſpectu dñi dī tui ⁊ adoꝛato dño dō tuo
epulaberis in oībus bonis ꝗ dñs deus tuꝰ
dederit tibi ⁊ domui tue: tu ⁊ leuites ⁊ adue-
na qui tecū ē. Qñ cōpleueris decimā cuncta-
rum frugū tuaꝝ anno decimaꝝ tertio: dabis
leuite ⁊ aduene et pupillo et vidue vt come-
dant intra poꝛtas tuas: ⁊ ſaturēt: loquerisqꝫ
in ↄſpectu dñi dei tui. Attuli qđ ſanctificatū
eſt de domo mea: ⁊ dedi illud leuite et adue-
ne ⁊ pupillo ac vidue ſicut iuſſiſti mihi. Non
ꝑteriui mādata tua: nec ſum oblitus imperij
tui. Nō comedi ex eis in luctu meo: nec ſepa-
raui ea in q̄libet immundicia: nec expendi ex
his quicq̄ꝫ in re funebꝛi. Obediui voci domi-
ni dei mei: ⁊ feci oīa ſicut ꝑcepiſti mihi. Re-
ſpice de ſanctuario tuo: ⁊ de excelſo celoꝛum
habitaculo: ⁊ bñdic pplo tuo iſrl̄. ⁊ terre quā
dediſti nobis ſicut iuraſti pr̄ibꝰ nr̄is: terre la-
cte ⁊ melle mananti. Hodie dñs deꝰ tuus p̄-
cepit tibi vt facias mādata hec atqꝫ iudicia:
vt cuſtodias ⁊ impleas ex toto coꝛđ tuo ⁊ ex
tota aīa tua. Dñm elegiſti hodie vt ſit tibi de-
us ⁊ ambules in vijs eius vt cuſtodias ceri-
monias illius ⁊ mādata atqꝫ iudicia ⁊ obedi-
as eius impio. En dñs elegit te hodie vt ſis
ei ppl̄s peculiaris ſicut locutus eſt tibi: ⁊ cu-
ſtodias oīa p̄cepta illiuſ: ⁊ faciet te excelſioꝛē
cūctis gentibꝰ q̄s creauit in laudē ⁊ nomen ⁊
gloꝛiā ſuā vt ſis populus ſanctus dñi dei tui
ſicut locutus eſt. XXVII

Precepit aūt moyſes ⁊ ſenioꝛes pplo
iſrl̄ dicētes. Cuſtodite oē mādatū
qđ p̄cipio vobꝭ hodie. Cūqꝫ trāſieris
ioꝛdanē in terrā quā dñs deus tuus dabit ti-
bi: eriges ingentes lapides ⁊ calce leuigabis
eos vt poſſis i eis ſcribere oīa ꝟba legis huiꝰ
ioꝛdane trāſmiſſo: vt introeas terrā quā dñs
deus tuus dabit tibi terram lacte ⁊ melle ma-
nantem: ſicut iurauit pr̄ibus tuis. Qñ ḡ trā-
ſieritis ioꝛdanē erigite lapides quos ego ho-
die p̄cipio vobis in mōte hebal: ⁊ leuigabis
eos calce: ⁊ edificabis ibi altare dño deo tuo
de lapidibus q̄s ferrū nō tetigerit ⁊ de ſaxis
infoꝛmibus ⁊ ipollitis: ⁊ offeret ſuꝑ eo holo-
cauſta dño deo tuo: ⁊ imolabis hoſtias paci-
ficas: comedeſqꝫ ibi ⁊ epulaberis coꝛā domio
deo tuo. Et ſcribes ſuꝑ lapides oīa ꝟba le-
gis huiꝰ plane ⁊ lucide. Dixeruntqꝫ moyſes
⁊ ſacerdotes leuitici generis ad oēm iſraelem.
Attende ⁊ audi iſrl̄. Hodie factus es ꝑplus
dñi dei tui. Audies vocē eius et facies man-
data atqꝫ iuſticiaſ quas ego p̄cipio tibi. Pre-
cepitqꝫ moyſes pplo in die illo dicēs. Hi ſta-
bunt ad bñdicēdū dño ſuꝑ mōtē garizim ioꝛ-
dane tranſmiſſo: ſymeon. leui. iudas. iſachar
ioſeph ⁊ beniamin. Et e regione iſti ſtabunt
ad maledicendum in mōte hebal. ruben. gad
⁊ aſer. zabulon. dan ⁊ neptalim. Et ꝓnuncia-
bunt leuite: dicentqꝫ ad oēs viros iſrael ex-
celſa voce. Maledictus homo qui facit ſcul-
ptile ⁊ conflatile abominationē domini opuſ
manuum artificum: ponitqꝫ illud in abſcon-
dito. Et reſpōdebit oīs ppl̄s et dicet amen.
Maledictus ꝗ nō honoꝛat pr̄em ſuū ⁊ mr̄eꝫ
ſuā. Et dicet oīs ppl̄s amen. Maledictus ꝗ
tranſfert terminos ꝓximi ſui. Et dicet omnis
ꝑplus amen. Maledictus qui errare facit ce-
cum in itinere. Et dicet oīs ppl̄s amen. Ma-
ledictus qui ꝑuertit iudiciū aduene pupilli ⁊
vidue. Et dicet oīs ppl̄s amē. Maledictꝰ ꝗ
doꝛmit cū vxoꝛe pr̄is ſui ⁊ reuelat opimētū le-
ctuli eius. Et dicet oīs ppl̄s amen. Maledi-
ctus qui doꝛmit cum oīi iumento. Et dicet
oīs ppl̄s amen. Maledictꝰ qui doꝛmit cū
ſoꝛoꝛe ſua filia pr̄is ſui vel mr̄is ſue. Et dicet
oīs ppl̄s amen. Maledictus ꝗ doꝛmit cuꝫ
ſocru ſua. Et dicet oīs ppl̄s amē. Maledi-
ctꝰ ꝗ clam ꝑcuſſerit ꝓximū ſuū. Et dicet oīs
ppl̄s amen. Maledictꝰ ꝗ doꝛmit cū vxoꝛe ꝓ-
ximi ſui. Et dicet oīs ppl̄s amē. Maledictuſ
ꝗ accipit munera vt ꝑcutiat aīam ſanguinis
innocētis. Et dicet oīs ꝑplus amē. Maledi-
ctus ꝗ non permanet in ſmonibꝰ legis huiꝰ
nec eos opere perficit. Et dicet omnis popu-
lus amen. XXVIII

Si aūt audieris vocē dñi dei tui vt fa-
cias atqꝫ cuſtodias omnia mandata
eius que ego pꝛecipio tibi hodie: fa-
ciet te dñs deꝰ tuꝰ excelſioꝛē cūctis gentibus
que verſant i terra. Venientqꝫ ſuꝑ te vniuer-
ſe bñdictiones iſte ⁊ appꝛehendent te: ſi tñ p̄-
cepta eiꝰ audieris. Bñdictus tu in ciuitate:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ bñdictus ĩ agro. Bñdictus fructus vẽtris
tui: ⁊ fructꝰ t̃re tue: fructuſqꝫ iumẽtoꝝ tuoꝝ
greges armẽtoꝝ tuoꝝ ⁊ caule ouiũ tuarum
Bñdicta horrea tua ⁊ bñdicte reliq̃e tue. Be-
neditꝰ eris ingrediẽs ⁊ egrediẽs. Dabit do-
minus inimicos tuos q̄ ꝯſurgẽt aduerſum te
corruentes in cõſpectu tuo. Per vnã viã ve-
nient ꝯtra te: ⁊ ꝑ ſeptẽ fugiẽt a facie tua. Emit-
tet dñs bñdictionẽ ſup̲ cellaria tua: ⁊ ſup̲ om-
nia opa manuũ tuarũ bñdicetqꝫ tibi in terra
quã accepis. Suſcitabit te dñs ſibi in popu-
lũ ſcm̃ ſic iurauit tibi: ſi cuſtodieris mandata
dñi dei tui ⁊ ambulaueris in vijs eius. Vide-
buntqꝫ oẽs terrarũ ppl̃i ꝙ nomẽ dñi inuocatũ
ſit ſup̲ te ⁊ timebũt te. Abũdare te faciet dñs
oĩbus bonis fructu vteri tui ⁊ fructu iumẽto
rum tuoꝝ. fructu terre tue quã iurauit domi-
nus p̃ribus tuis vt daret tibi. Apiet dñs the-
ſaurũ ſuũ optimũ celũ: vt tribuat pluuiã ter-
re tue in tp̃e ſuo: bñdicetqꝫ cũctis opibꝰ ma-
nuũ tuarũ. Et fenerabis gẽtibꝰ multis: ⁊ ipſe
a nullo fenus accipies. Cõſtituet te dñs deꝰ
tuus in caput ⁊ nõ in caudaꝫ: ⁊ eris ſemp̲ ſu-
pra ⁊ nõ ſubter: ſi tñ audieris mãdata domi-
ni dei tui que ego p̄cipio tibi hodie ⁊ cuſtodi-
eris ⁊ feceris. ac nõ declinauerꝭ ab eis: nec ad
dextrã nec ad ſiniſtrã: nec ſecutus fuerꝭ deos
alienos neqꝫ colueris eos. Q̄ ſi audire nolue-
ris vocẽ dñi dei tui vt cuſtodias ⁊ facias oĩa
mãdata eius in cerimonijs quas ego p̄cipio
tibi hodie: venient ſup̲ te oẽs maledictiones
iſte ⁊ apprehendẽt te. Maledictꝰ eris in ciui
tate: maledictꝰ in agro. Maledictũ horreũ
tuũ ⁊ maledicte reliq̃e tue. Maledictꝰ fructꝰ
ventris tui: ⁊ fructꝰ terre tue armẽta boũ tu-
oꝝ ⁊ greges ouiũ tuarũ. Maledictꝰ eris in-
grediens: ⁊ maledictꝰ egrediẽs. Mittet dñs
ſup̲ te famẽ ⁊ eſuriẽ ⁊ increpationẽ in oĩa ope
ra tua que tu facies: donec conterat te ⁊ ꝑdat
velocit̃ ꝓpter adinuẽtõnes tuas peſſimas in
q̄bus reliq̄ſti me. Adiũgat tibi dñs peſtilẽtiã
donec cõſumat te de terra ad quã ingredieris
poſſidendaꝫ. Percutiat te dñs egeſtate febri
⁊ frigore: ardore ⁊ eſtu ⁊ aere corrupto ac ru-
bigine: ⁊ ꝑſequat̃: donec ꝑeas. Sit celũ qđ
ſup̲ te eſt eneũ ⁊ terra quã calcas ferrea. Det
dñs imbrẽ terre tue puluerẽ: ⁊ de celo deſcen-
dat ſuper te cinis donec conteraris. Tradat
te dñs corruentẽ añ hoſtes tuos ⁊ ꝑ vnã viã
egrediaris cõtra eos. ⁊ ꝑ ſeptẽ fugias. ⁊ diſꝑ-
garis ꝑ oĩa regna terre. Sitqꝫ cadauer tu-
um in eſcã cũctꝭ volatilibus celi ⁊ beſtijs t̃re.
⁊ nõ ſit q̄ abigat. Percutiat te dñs vlcere egy-
pti: ⁊ ꝑtem corpis ꝑ quã ſtercora digerunt̃:
ſcabie quoqꝫ ⁊ prurigine ita vt curari neq̃as
Percutiat te dñs amẽtia ⁊ cecitate ac furore

mẽtis. palpes in meridie: ſicut palpare ſolet
cecꝰ in tenebris: ⁊ nõ dirigas vias tuas. Om-
niqꝫ tp̃e calũniã ſuſtineas: et opprimarꝭ violẽ-
tia: nec habeas q̄ liberet te. Vxorẽ accipias:
et alius dormiat cũ ea. Domũ edifices: et nõ
habites in ea. Plãtes vineã: et nõ vindemieſ
eã. Bos tuꝰ imolet̃ corã te: et nõ comedes ex
eo. Aſinꝰ tuꝰ rapiat̃ ĩ cõſpectu tuo: et nõ red-
dat̃ tibi. Oues tue dent̃ inimicis tuis: et nõ
ſit q̄ te adiuuet. Filij tui et filie tue tradant̃ al-
teri pplo videntibus oculis tuis et deficienti-
bus ad cõſpectũ eoꝝ tota die et nõ ſit fortitu-
do in manu tua. Fructus terre tue et oẽs la-
bores tuos comedat ppl̃s quẽ ignoras et ſis
ſemp̲ calũniã ſuſtinens: et oppreſſus cũctꝭ die-
bus: et ſtupẽs ad terrorẽ eorum que videbũt
oculi tui. Percutiat te dñs vlcere peſſimo in
genibus et in ſuris: ſanariqꝫ nõ poſſis a plan-
ta pedis vſqꝫ ad verticẽ tuũ. Ducetqꝫ te dñs
⁊ regẽ tuũ quẽ cõſtitues ſup̲ te in gẽtem quã
ignoras tu ⁊ p̃res tui ⁊ ſeruies ibi dijs aliẽis
ligno ⁊ lapidi: ⁊ eris ꝑditus in ꝓuerbium ac
fabulã omnibꝰ ppl̃is ad quos te introduxe-
rit dñs. Sementẽ multã iacies in terrã ⁊ mo-
dicũ ꝯgregabis: quia locuſte deuorabũt oĩa
Vineã plantabis ⁊ fodies: ⁊ vinũ nõ bibes:
nec colliges ex eo quippiã quoniaꝫ vaſtabit̃
vermibus. Oliuas habebis in oĩbus terminis
tuis ⁊ nõ vngeris oleo. quia defluent ⁊ depi-
bunt. Filios generabis ⁊ filias ⁊ nõ fruerꝭ eis
q̃ñ ducent̃ in captiuitatẽ. Omñes arbores tu-
as ⁊ fruges terre tue rubigo cõſumet. Adue-
na q̄ tecũ verſat̃ in terra: aſcendet ſup̲ te erit-
qꝫ ſublimior tu aũt deſcendes ⁊ eris inferior
Ipſe fenerabit tibi: ⁊ tu nõ fenerabis ei. Ipſe
erit in caput ⁊ tu eris in caudam. Et venient
ſup̲ te oẽs maledictiões iſte: ⁊ ꝑſequẽtes ap-
prehendent te donec intereas. qꝛ non audiſti
vocẽ dñi dei tui: nec ſeruaſti mãdata eiꝰ ⁊ ce-
rimonias quas precepi tibi. Et erunt in te ſi-
gna atqꝫ ꝓdigia ⁊ in ſemine tuo vſqꝫ in ſem-
piternũ: eo ꝙ nõ ſeruieris dño deo tuo ĩ gau-
dio cordiſqꝫ leticia ꝓpter rerũ oĩm abundan-
tiam. Seruies inimico tuo quem emittet tibi
dñs in fame ⁊ ſiti ⁊ nuditate et oĩ penuria: et
ponet iugũ ferreũ ſup̲ ceruicẽ tuam: donec te
ꝯterat. Adducet dñs ſup̲ te gentẽ de longin-
quo et de extremis terre finibꝰ in ſilitudinem
aq̄le volãtis cũ impetu. cuiꝰ linguã ĩtelligere
nõ poſſis gentẽ ꝓcaciſſimã: que non deferat
ſeni nec miſereat̃ ꝑuuli et deuoret fructuꝫ iu-
mentoꝝ ac fruges terre tue donec intereas:
et non relinquat tibi triticum: vinum et ole-
um: armenta boum et greges ouiũ: donec te
diſꝑdat et cõterat in cunctis vrbibus tuis et
deſtruant̃ muri tui firmi atqꝫ ſublimes in qui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bus habebas fiduciā in om̄i terra tua. Obſi-
deberis intra portas tuas in oi terra tua quā
dabit tibi dn̄s deus tuus ⁊ comedes fructū
vteri tui ⁊ carnes filiorū tuorū ⁊ filiarū tua-
rum q̄s dederit tibi dn̄s deꝰ tuus in anguſtia
⁊ vaſtitate qua opprimet te hoſtis tuus. Hō
delicatus in te ⁊ luxurioſus valde inuidebit
fratri ſuo ⁊ vxori que cubat in ſinu ſuo ne det
eis de carnibus filiorū ſuorū quas comedet:
eo q̄ nihil aliud habeat in obſidione ⁊ penu-
ria q̄ vaſtauerint te inimici tui intra oēs por-
tas tuas. Tenera mulier ⁊ delicata q̄ ſup ter-
ram ingredi nō valebat: nec pedis veſtigiū
figere ꝓpter mollitiē ⁊ teneritudinē nimiam
inuidebit viro ſuo q̄ cubat in ſinu eius ſup fi-
lijs ⁊ filie carnibus ⁊ illuuie ſecūdinarum que
egrediunt̄ de medio feminū eiꝰ ⁊ ſup liberis
qui eadē hora nati ſunt. Comedēt eñ eos clā
ꝓpter rerū oīm penuriā: in obſidione ⁊ vaſti
tate q̄ opprimet te inimicus tuꝰ intra portas
tuas. Niſi cuſtodieris ⁊ feceris oia v̄ba legis
huiꝰ q̄ ſcripta ſunt in h̄ volumine: ⁊ timueris
nomē eiꝰ glorioſū ⁊ t̄ribile: h̄ ē dn̄m deū tuū.
augebit dn̄s plagas tuas ⁊ plagas ſemis tui
plagas magnas ⁊ pſeuerātes: īfirmitates peſ
ſimas ⁊ ꝑpetuas: ⁊ cōuertet ī te oēs afflictio-
nes egypti q̄s timuiſti ⁊ adherebūt tibi. In-
ſup ⁊ vniuerſos languores ⁊ plagas que non
ſunt ſcripte in volumine legis huius inducet
dn̄s ſup te: donec te cōterat. Et remanebitis
pauci numero qui prius eratis ſic̄ aſtra celi p̄
multitudine: qm̄ nō audiſtis vocē dn̄i dei ve
ſtri. Et ſicut an̄ letatus ē dn̄s ſup vos bn̄ vo
bis faciens voſq̄ multiplicans: ſic letabit̄ di
ſperdens vos atq̄ ſubuertēs vt auferamini
de terra ad quā ingredieris poſſidendā. Di-
ſperget te dn̄s in oēs pp̄los a ſummitate ter-
re vſq̄ ad terminos eiꝰ: ⁊ s̄uies ibi dijs alie-
nis q̄s ⁊ tu ignoras et p̄res tui: lignis et lapi-
dibus. In gētibꝰ quoq̄ illis nō quieſces ne-
q̄ erit requies veſtigio pedis tui. Dabit enī
tibi dn̄s ibi cor pauidū ⁊ deficiētes oculos ⁊
aiam cōſumptā merore: et erit vita tua quaſi
pendēs an̄ te. Timebis nocte ⁊ die et nō cre-
des vite tue. Mane dices q̄s mihi det veſpe
rum: ⁊ veſpe q̄s mihi det mane: ꝓpter cordis
tui formidinē q̄ teneberis: ⁊ ꝓpter ea q̄ tuis
videbis oculis. Reducet te dn̄s claſſibus in
egyptū ꝑ viā de qua dixit tibi vt eā amplius
nō videres. Ibi vēderis inimicis tuis in s̄uos
⁊ ancillas: ⁊ nō erit qui emat.

XXIX

HEc ſunt v̄ba federis qđ p̄cepit dn̄s
moyſi vt feriret cū filijs iſrl̄ in terra
moab: p̄ter illud fedꝰ qđ cū eis pepi-
git in oreb. Vocauitq̄ moyſes oēm iſrael: et
dixit ad eos. Vos vidiſtis vniūſa q̄ fec̄ dn̄s
corā vobis in t̄ra egypti pharaoni ⁊ oibꝰ ſer-
uis eius vniūſeq̄ terre illiꝰ. temptatiōes ma-
gnas q̄s viderūt ocl̄i tui. ſigna illa portētaq̄
ingentia: ⁊ nō dedit vob dn̄s cor intelligens
⁊ oculos vidētes ⁊ aures q̄ poſſint audire vſ
q̄ in p̄ntē diē. Adduxit vos q̄draginta ānis
ꝑ deſertū: non ſunt attrita veſtimēta v̄ra: nec
calciamēta pedū veſtrorū vetuſtate cōſum-
pta ſunt. Panē nō comediſtis vinū ⁊ ſincerā
nō bibiſtis vt ſciretis q̄r ipſe ē dn̄s deꝰ v̄r. Et
veniſtis ad hūc locū egreſſuſq̄ eſt ſeon rex eſe-
bon ⁊ og rex baſan occurrētes nob ad pugnā
⁊ ꝑcuſſimꝰ eos: ⁊ tulimus terrā eorū: ac tra-
didimus poſſidendā ruben ⁊ gad et dimidie
tribui manaſſe. Cuſtodite ergo v̄ba pacti hꝰ
⁊ implete ea vt intelligatis vniuerſa q̄ facitis
Vos ſtatis hodie cūcti coram dn̄o deo v̄ro:
p̄ncipes veſtri ⁊ tribus ac maiores natu atq̄
doctores om̄is pp̄lus iſrael: liberi et vxores
veſtre ⁊ aduene qui tecum morant̄ in caſtris
exceptis lignorū ceſoribus ⁊ his q̄ cōportāt
aquas: vt tranſeas in federe dn̄i dei tui: ⁊ in
iureiurando qđ hodie dn̄s deus tuꝰ ꝑcutit te
cum vt ſuſcitet te ſibi in pp̄lm: ⁊ ipſe ſit domi-
nus deus tuꝰ: ſic̄ locutus ē tibi: et ſic̄ iurauit
p̄ribꝰ tuis abraā ⁊ yſaac ⁊ iacob. Nec vob ſo
lis ego h̄ fedus ferio ⁊ hec iuramēta ꝯfirmo:
ſed cūctis p̄ntibus ⁊ abſentibus. Vos eñ no
ſtis quō habitauerimus in terra egypti: ⁊ q̄-
modo trāſierimus ꝑ mediū nationū q̄s tran-
ſeuntes vidiſtis abominatiōes ⁊ ſordes. id ē
idola earū lignū ⁊ lapidē: argentū ⁊ aurū q̄
colebāt. Ne forte ſit inter vos vir aut mulier
familia aut tribus cuiꝰ cor auerſum eſt hodie
a dn̄o deo v̄ro vt vadat ⁊ ſeruiat dijs illarū
gentium. ⁊ ſit int̄ vos radix germinans fel et
amaritudinē. Cūq̄ audierit verba iuramen-
ti huiꝰ benedicat ſibi in corde ſuo dicens: pax
erit mihi: ⁊ ambulabo ī prauitate cordis mei
⁊ aſſumat ebria ſitientem ⁊ dn̄s non ignoſcat
ei: ſed tunc q̄ maxime furor eius fumet: et ze-
lus contra hominē illum: et ſedeant ſup eum
om̄ia maledicta que ſcripta ſunt in hoc volu-
mine: ⁊ deleat dn̄s nomen eius ſub celo ⁊ cō-
ſumat eū ī ꝑditiōe ex oibꝰ tribubꝰ iſrl̄: iuxta
maledictiōes q̄ ī libro legis hꝰ ac federis ꝯtinēt̄
Dicetq̄ ſequēs generatio ⁊ filij q̄ naſcent̄ de
iceps ⁊ ꝑegrini q̄ d lōge venerit vidētes pla
gas t̄re illiꝰ ⁊ īfirmitates q̄bꝰ eā afflixerit dn̄s
ſulphure ⁊ ſolis ardore cōburēs ita vt vltra
nō ſerat̄: nec virēs q̄ppiā germiet in exēpluꝫ
ſubūſionis ſodome ⁊ gomorre: adame ⁊ ſebo
im q̄s ſubuertit dn̄s in ira ⁊ ī furore ſuo: ⁊ di-
cent oēs gētes. Quare ſic fec̄ dn̄s terre huic?
Que ē hec ira furoris eiꝰ immēſa. Et reſpōde-
bunt. Qr dereliquerūt pactū dn̄i quod pepi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

git cū p̄ribꝰ eoꝝ qn̄ eduxit eos de terra egy/
pti ⁊ ſeruierūt dijs alienis ⁊ adorauerūt eos
q̄s neſciebāt ⁊ quibꝰ nō fuerāt attributi idcir
co iratus eſt furor dn̄i ꝯtra trā iſtā vt induce
ret ſup eā oīa maledicta q̄ in h̄ volumie ſcp̄ta
ſunt: ⁊ eiecit eos de terra ſua i ira ⁊ i furore et
in indignatione maxima: ꝓiecitq; in terrā ali
enā ſicͭ hodie cōprobat̄. Abſcōdita a dn̄o do
nr̄o q̄ manifeſta ſunt nobis ⁊ filijs nr̄is vſq; i
ſempitn̄ū vt faciamꝰ vniūſa legis hꝰ. XXX

Cum ḡ venerint ſup te om̄es ſermōes
iſti: bn̄dictio ſiue maledictio quā ꝓ-
poſui in ꝯſpectu tuo: ⁊ ductꝰ penitu/
dine cordis tui in vniuerſis gētibus in quas
diſpſerit te dn̄s deꝰ tuus: ⁊ reuerſus fuerꝭ ad
eum: ⁊ obedieris eiꝰ imperijs ſicut ego hodie
p̄cipio tibi cū filijs tuis in toto corde tuo ⁊ in
tota aīa tua. reducet te dn̄s deꝰ tuus de capti
uitate tua ac miſerebit̄ tui: ⁊ rurſum ꝯgrega/
bit te de cunctis pp̄lis in q̄s te ante diſpſit. Si
ad cardines celi fueris diſſipatꝰ. inde te retra
het dn̄s deꝰ tuus: ⁊ aſſumet atq; introducet
in terrā quā poſſederūt p̄res tui ⁊ obtinebis
eam. ⁊ bn̄dicēs tibi maioris numeri te eſſe fa
ciet q̄ȝ fuerūt p̄res tui. Circūcidet dn̄s deus
tuus cor tuū ⁊ cor ſeminis tui. vt diligas do-
minū deū tuū ex toto corde tuo ⁊ in tota aīa
tua vt poſſis viuere. Om̄es aūt maledictio/
nes has cōuertet ſup inimicos tuos: et eos q̄
oderūt te: ꝑſequent̄. Tu aūt reuerteris ⁊ au
dies vocē dn̄i dei tui: facieſq; vniuerſa man-
data que ego p̄cipio tibi hodie: ⁊ abūdare te
faciet dn̄s deꝰ tuus in cūctis opibus manuū
tuarū in ſobole vteri tui ⁊ in fructu iumētoꝝ
tuorū: in vbertate terre tue. ⁊ in rerū oīm lar/
gitate. Reuertet̄ em̄ dn̄s vt gaudeat ſup te i
oībꝰ bonis ſicͭ gauiſus ē in p̄ribꝰ tuis: ſi tn̄ au
dierꝭ vocē dn̄i dei tui ⁊ cuſtodierꝭ p̄cepta eiꝰ
⁊ cerimonias que in hac lege ꝯſcripta ſunt: ⁊
reuertaris ad dn̄m deū tuū in toto corde tuo
⁊ in tota aīa tua. Mādatū hoc qđ ego preci
pio tibi hodie nō ſupra te ē neq; ꝓcul poſitū
nec in celo ſitū: vt poſſis dicere q̄s nr̄m valet
ad celū aſcēdere vt deferat illđ ad nos vt au-
diamꝰ atq; ope cōpleamꝰ neq; trās mare poſi
tum vt cauſeris ⁊ dicas: q̄s e nob poterit ma
re tranſfretare: ⁊ illud ad nos vſq; deferre vt
poſſimus audire ⁊ facere qđ p̄ceptū eſt: ſꝫ iu-
xta te ē ſermo valde in ore tuo ⁊ in corde tuo
vt facias illū. Cōſidera q̄ hodie ꝓpoſuerim
in cōſpectu tuo vitā ⁊ bonū: ⁊ ecōtrario mor
tem ⁊ malū vt diligas dn̄m deū tuū ⁊ ambu-
les in vijs eius ⁊ cuſtodias mādata illiꝰ ⁊ ce-
rimonias atq; iudicia: ⁊ viuas atq; multipli
cet te bn̄dicatq; tibi in terra ad quā ingredie-
ris poſſidendā. Si aūt auerſum fuerit cor tu-
um ⁊ audire noluerꝭ atq; errore deceptus ad
oraueris deos alienos ⁊ ſeruierꝭ eis: p̄dico ti
bi hodie q̄ pereas ⁊ ꝑuo tp̄e moreris in ter-
ra ad quā iordane trāſmiſſo ingredieris poſſi
dendā. Teſtes inuoco hodie celū ⁊ terram q̄
ꝓpoſuerim vobis vitā ⁊ bonū: bn̄dictionē ⁊
maledictionē. Elige ergo vitā vt ⁊ tu viuas
⁊ ſemē tuū: ⁊ diligas dn̄m deū tuū atq; obe-
dias voci eius: ⁊ illi adhereas. Ipſe ē em̄ vi-
ta tua ⁊ longitudo dierū tuorū: vt habites i
t̄ra ꝓ qua iurauit dn̄s p̄ribꝰ tuis abraā iſaac
⁊ iacob vt daret eā illis. XXXI

Abijt itaq; moyſes ⁊ locutꝰ ē oīa ꝟba
hec ad vniuerſum iſrl': ⁊ dixit ad eos:
Centū viginti annorū ſum hodie: nō
poſſum vltra egredi ⁊ igredi: p̄ſertim cū ⁊ do
minus dixerit mihi: nō trāſibis iordanē iſtū.
Dn̄s ḡ deꝰ tuꝰ trāſibit an̄ te. Ipſe delebit oēs
gētes has in ꝯſpectu tuo: ⁊ poſſidebꝭ eas. Et
ioſue iſte trāſibit an̄ te ſicͭ locutus ē dn̄s. Fa-
cietq; dn̄s eis ſicut fecit ſeon ⁊ og regibꝰ am
morreorū ⁊ terre eoꝝ: delebitq; eos. Cū ḡ et
hos tradiderit vob: ſilr̄ facietꝭ eis ſicut p̄/
cepi vobis. Viriliť agite ⁊ cōfortamini. No
lite timere nec paueatis ad cōſpectū eorū: q2
dn̄s deꝰ tuꝰ ipſe ē ductor tuus: ⁊ nō dimittet
nec derelinquet te. Vocauitq; moyſes ioſue
⁊ dixit ei corā oī iſrael. Confortare ⁊ eſto ro-
buſtus. Tu em̄ introduces pp̄lm iſtum in ter-
ram quā daturū ſe patribꝰ eorū iurauit dn̄s.
⁊ tu eam diuides ſorte. Et dn̄s qui ductor eſt
veſter: ipſe erit tecū: nō dimittet nec derelin-
quet te. Noli timere nec paueas. Scripſit ita
q; moyſes legem hanc ⁊ tradidit eā ſacerdo/
tibus filijs leui qui portabāt arcā federis do
mini: ⁊ cūctis ſenioribus iſrl'. Precepitq; eis
dicens. Poſt ſeptem annos anno remiſſiōis
in ſolēnitate tabernaculorū cōuenientibꝰ cū/
ctis ex iſrl' vt appareant in conſpectu dn̄i dei
tui in loco quē elegerit dn̄s: leges ꝟba legis
huiꝰ coram om̄i iſrl': audiētibus eis ⁊ in vnū
om̄i pp̄lo cōgregato tam viris q̄ȝ mulieribuſ
ꝑuulis ⁊ aduenis qui ſunt intra portas tuas
vt audiētes diſcant: ⁊ timeant dn̄m deū ve-
ſtrū: ⁊ cuſtodiant. impleantq; om̄es ſmōes
legis huiꝰ. Filij q̄ȝ eoꝝ q̄ nūc ignorāt vt audi
re poſſint ⁊ timeāt dn̄m deū ſuū cūctis diebꝰ
quibꝰ verſant̄ in terra: ad quā vos iordane
tranſmiſſo ꝑgitis obtinendā. Et ait dominuſ
ad moyſen. Ecce prope ſunt dies mortis tue.
Voca ioſue: ⁊ ſtate in tabernaculo teſtimo-
nij vt precipiam ei. Abierunt ergo moyſes et
ioſue ⁊ ſteterūt in tabernaculo teſtimonij ap-
paruitq; dn̄s ibi i colūna nub q̄ ſtetit i introi
tu tabernaculi: dixitq; dn̄s ad moyſen. Ecce
tu dormies cū p̄ribꝰ tuis: ⁊ pp̄ls iſte conſur-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gens fornicabit̃ poſt deoſalienos in terra ad
quā ingrediet̃ vt habitet i ea ibi derelinquet
me: ⁊ irritum faciet fedus qđ pepigi cum eo.
Et iraſcet̃ furor meus cōtra eum in die illo et
derelinquā eum ⁊ abſcondā faciē meā ab eo.
⁊ erit in deuorationē. Inueniēt eum oīa ma-
la ⁊ afflictiones ita vt dicat in illo die. Vere
quia nō eſt deus mecū: inuenerūt me hec ma
la. Ego aūt abſcondā ⁊ celabo faciem meā in
die illo ꝓpter oīa mala que fecit: quia ſecu-
tus eſt deos alienos. Nūc itaqꝫ ſcribite vob
canticū iſtud ⁊ docete filios iſrael vt memo-
riter teneant ⁊ ore decantēt: ⁊ ſit mihi carmē
iſtud ꝓ teſtimonio inter filios iſrl̃. Introdu-
cam em̄ eū in terram pro qua iuraui pr̄ib⁹ ei⁹
lacte ⁊ melle manantē. Cūqꝫ comederint ⁊ ſa
turati craſſiqꝫ fuerint: ꝯuertent̃ ad deos alie-
nos ⁊ ſeruient eis: detrahētqꝫ mihi ⁊ irritum
facient pactum meū Poſtq̄ꝫ inuenerit eū ma
la multa ⁊ afflictiones: r̄ndebit ei canticū iſtđ
ꝓ teſtimonio qđ nulla delebit obliuio ex ore
ſeminis tui. Scio em̄ cogitatiōes eius que fa
cturus ſit hodie anteq̄ꝫ introducā eū in terrā
quā ei pollicitus ſum. Scripſit quoqꝫ moy-
ſen canticū: ⁊ docuit filios iſrael. Precepitqꝫ
dn̄s ioſue filio nun: ⁊ ait. Cōfortare ⁊ eſto ro
buſtus. Tu em̄ introduces filios iſrl̃ in terrā
quā pollicitus ſum: ⁊ ego ero tecū. Poſtq̄ꝫ ḡ
ſcripſit moyſes verba legis hui⁹ in volumie
atqꝫ cōpleuit: p̄cepitqꝫ leuitis q̄ portabāt ar
cam federis dn̄i dicēs. Tollite librū iſtū ⁊ po
nite eū in latere arce federis dn̄i dei vr̄i: vt ſit
ibi cōtra te in teſtimoniū. Ego em̄ ſcio cōten-
tionē tuā ⁊ ceruicē tuā duriſſimā. Adhuc vi
uente me ⁊ ingrediēte vobiſcū ſemꝑ ꝯtentio-
ſe egiſtis ꝯtra dn̄m: quātomagis cū mortuuſ
fuero Cōgregate ad me oēs maiores natu ꝑ
trib⁹ vr̄as atqꝫ doctores: ⁊ loquar audienti-
bus eis ſermones iſtos: ⁊ inuocabo ꝯtra eos
celum ⁊ terrā. Noui em̄ q̄ꝫ poſt mortem meā
inique agetis ⁊ declinabitis cito de via quā
p̄cepi vobis: ⁊ occurrēt vobis mala in extre
mo temꝑe qn̄ feceritis malū in conſpectu do-
mini vt irritetis eū ꝑ opa manuū veſtrarum
Locutus ē ergo moyſes audiēte vniuerſo ce
tu iſrael v̇ba carminis huius: ⁊ ad finez vſqꝫ
compleuit.

XXXII

Audite celi q̄ loquor: audiat t̄ra ver-
ba oris mei. Cōcreſcat in pluuiaꝫ do
ctrina mea: fluat vt ros eloquiū meū
Quaſi imber ſuꝑ herbā ⁊ quaſi ſtille ſuꝑ gra
mina: quia nomē dn̄i iuocabo. Date magni-
ficentiā deo nr̄o: dei ꝑfecta ſunt opa: ⁊ oēs
vie eius iudicia. De⁹ fidelis ⁊ abſqꝫ vlla ini-
quitate: iuſtus ⁊ rectus. Peccauerūt ei: ⁊ n̄
filij eius in ſordibus. Generatio praua atqꝫ ꝑ
uerſa: heccine reddis dn̄o ppl̃e ſtulte ⁊ inſipi
ens. Nūquid nō ipe ē pater tuus q̄ poſſedit
te: ⁊ fecit ⁊ creauit te? Memēto dierū antiq̄-
rum: cogita generationes ſingulas. Interro
ga patrē tuū ⁊ annunciabit tibi: maiores tu-
os ⁊ dicent tibi. Qn̄ diuidebat altiſſim⁹ gen-
tes: qn̄ ſepabat filios adam: conſtituit termi
nos ꝓplorum iuxta numerū filiorū iſrl̃. Pars
aūt dn̄i ppl̃s eius: iacob funiculus heredita
tis eius. Inuenit eum in terra deſerta: in lo-
co horroris ⁊ vaſte ſolitudinis. Circūduxit
eum ⁊ docuit ⁊ cuſtodiuit quaſi pupillā ocu
li ſui. Sicut aq̄la ꝓuocans ad volandū pul-
los ſuos: ⁊ ſuꝑ eos volitans expādit alas ſu-
as: ⁊ aſſumpſit eū atqꝫ portauit in humerꝭ ſu
is. Dn̄s ſolus dux eius fuit ⁊ nō erat cum eo
deus alienus. Cōſtituit eū ſuꝑ excelſam t̄rā
vt comederet fructus agrorum. Ut ſugeret
mel de petra oleumqꝫ de ſaxo duriſſimo. Bu
tirum de armēto ⁊ lac de ouibus cum adipe
agnoꝝ ⁊ arietum filiorū baſan. Et hircos cū
medulla tritici: ⁊ ſanguinē vue biberent me-
raciſſimū. Incraſſatus ē dilect⁹ ⁊ recalcitra-
uit. incraſſatus impinguatus dilatatus. De-
reliquit deum factorē ſuū: ⁊ receſſit a deo ſa-
lutari ſuo. Prouocauerunt eū in dijs alienis
⁊ in abominationibus ad iracundiā coucita-
uerunt. Immolauerunt demonijs ⁊ non deo
dijs quos ignorabāt. Noui recenteſqꝫ vene-
runt: quos nō coluerūt pr̄es eoꝝ. Deum q̄ te
genuit dereliquiſti: ⁊ oblitus es dn̄i creatorꝭ
tui. Uidit dn̄s ⁊ ad iracundiā cōcitatus eſt:
quia ꝓuocauerūt eū filij ⁊ filie. Et ait abſcon
dam faciē meā ab eis: ⁊ conſiderabo nouiſſi-
ma eoꝝ. Generatio em̄ ꝑuerſa eſt: ⁊ infideles
filij. Ipi me ꝓuocauerūt in eo q̄ nō erat deuſ
⁊ irritauerūt in vanitatib⁹ ſuis. Et ego ꝓuo
cabo eos in eo q̄ nō eſt ppl̃s: ⁊ in gente ſtulta
irritabo illos. Ignis ſuccenſus eſt in furore
meo ⁊ ardebit vſqꝫ ad inferni nouiſſima. De
uorabitqꝫ terrā cū germine ſuo: et montium
fundamēta cōburet. Cōgregabo ſuꝑ eos ma
la: ⁊ ſagittas meas cōplebo in eis. Cōſumen
tur fame: ⁊ deuorabūt eos aues morſu ama-
riſſimo. Dentes beſtiarū imittā in eos: cū fu-
rore trahentiū ſuꝑ terra atqꝫ ſerpentium. Fo
ris vaſtabit eos gladius ⁊ intus pauor iuue-
nem ſimul ac v̇ginē lactentē cū hoīe ſene. Et
dixi. Ubi nam ſunt? Ceſſare faciā ex hoībus
memoriā eorū. Sꝫ ꝓpter iram inimicorū di-
ſtuli: ne forte ſuꝑbirēt hoſtes eorū: ⁊ dicerēt
Manus nr̄a excelſa: ⁊ nō dn̄s fecit hec oīa.
Gens abſqꝫ ꝯſilio eſt ⁊ ſine prudentia: vtinā
ſaperent ⁊ intelligerent ac nouiſſima ꝓuide-
rent. Quō ꝑſequebat̃ vnus mille: ⁊ duo fu-
garent decē milia. Nōne ideo quia de⁹ ſuus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vēdidit eos:⁊ dn̄s cōcluſit illos? Nō eīn eſt
deus nr̄ vt dij eoꝝ:⁊ inimici nr̄i ſunt iudices
De vinea ſodomoꝝ vinea eoꝝ:⁊ de ſubur=
banis gomorre. Uua eoꝝ vua fellis:⁊ botrꝰ
amariſſimꝰ. Fel draconū vinū eoꝝ:⁊ vene=
num aſpidū inſanabile. Nōne hec cōdita ſūt
apud me:⁊ ſignata in theſauris meis? Mea
ē vltio ⁊ ego retribuā eis in tēpe: vt labat
pes eoꝝ. Juxta ē dies pditiōis ⁊ adeſſe feſti
nāt tempa. Judicabit dn̄s pp̄lm ſuū:⁊ in ſer=
uis ſuis miſerebit. Uidebit ꝙ īfirmata ſit ma
nus:⁊ clauſi quoqꝫ defecerūt:reſiduiqꝫ con/
ſumpti ſunt. Et dicēt. Ubi ſunt dij eoꝝ in q̄/
bus habebāt fiduciā? De quoꝝ victimis co
medebāt adipes:⁊ bibebāt vinū libaminū.
Surgāt ⁊ opitulent vob:⁊ i neceſſitate vos
ꝓtegāt. Uidete ꝙ ego ſim ſolus:⁊ nō ſit aliꝰ
deꝰ ꝑter me. Ego occidā ⁊ ego viuere faciā:
ꝑcutiā ⁊ ego ſanabo:⁊ nō eſt q̄ de manu mea
poſſit eruere. Leuabo ad celū manū meam:⁊
dicā. Uiuo ego in et̄nū. Si acuero vt fulgur
gladiū meū ⁊ arripuerit iudiciū manus mea
Reddā vltionē hoſtibꝰ meis:⁊ his q̄ oderūt
me retribuam. Jnebriabo ſagittas meas ſan=
guie:⁊ gladiꝰ meꝰ deuorabit carnes. De cru
ore occiſoꝝ:⁊ de captiuitate nudati īimicoꝝ
capit̄. Laudate gētes pp̄lm eiꝰ q: ſanguinē
ſeruoꝝ ſuoꝝ vlciſcet. Et vindictā retribuet
in hoſtes eorum:⁊ ꝓpitius erit terre pp̄li ſui.
Uenit ergo moyſes ⁊ locutꝰ ē oīa verba cātici
huiꝰ in auribꝰ pp̄li:ipe ⁊ ioſue filiꝰ nun. Cō=
pleuitqꝫ oēs ſmōes iſtos loquēs ad vniūſuz
iſrl̄:⁊ dixit ad eos. Ponite corda vr̄a in oīa
vba mea q̄ ego teſtificor vobis hodie:vt mā
detis ea filijs vr̄is cuſtodire ⁊ facere:⁊ imple
re vniūſa q̄ ſcripta ſūt in volumie legis huiꝰ:
q: nō incaſſum ꝑcepta ſūt vob:ſ vt ſinguli in
eis viuerēt:q̄ faciētes lōgo pſeueretis tēpe
in terra ad quā iordane trāſmiſſo igredimini
poſſidēdā. Locutuſqꝫ ē dn̄s ad moyſen i ea=
dem die dicēs. Aſcēde in montē iſtū abarim
id ē.trāſitū in montē nebo:q̄ ē in terra moab
cōtra hiericho:⁊ vide t̄rā chanaan quā ego
tradā filijs iſrl̄ obtinendā:⁊ morere in monte
Quē cōſcēdens iūgeris pp̄lis tuis ſic mortu=
us ē aaron frat tuꝰ in mōte hor ⁊ appoſitꝰ po
pulis ſuis q: puaricati eſtis ꝯtra me i medio
filioꝝ iſrl̄ ad aq̄s ꝯtradictiōis in cades deſer
ti ſyn.⁊ nō ſanctificaſt̄ me int̄ filios iſrl̄. Ecō=
tra videb terrā:⁊ nō ingredier̄ in eā quā ego
dabo filijs iſrael. XXXIII

HEc eſt bn̄dictio q̄ bn̄dixit moyſes ho
mo dei filijs iſrl̄ an̄ mortē ſuā. Et ait.
Dn̄s de ſina venit:⁊ de ſeir ortꝰ ē no=
bis. Apparuit de mōte pharan:⁊ cū eo ſctōꝝ
milia. Jn dextra eiꝰ ignea lex dilexit pp̄los.
Oēs ſancti in manu illiꝰ ſūt ⁊ q̄ appropinq̄nt
pedibꝰ eiꝰ:accipiēt de doctrina illiꝰ. Legē p=
cepit nobis moyſes:hereditatē mlt̄itudinis
iacob. Erit apud rectiſſimū rex:cōgregat̄ pn̄
cipibus pp̄li cū tribubus iſrl̄. Uiuat ruben ⁊
nō moriat:⁊ ſit puus in numero. Hec ē iude
bn̄dictio. Audi dn̄e vocē iude:⁊ ad pp̄lm ſu=
um itroduc eū. Manꝰ eiꝰ pugnabūt pro eo:
⁊ adiutor illiꝰ cōtra aduerſarios eiꝰ erit. Le=
ui quoqꝫ ait. Perfectio tua ⁊ doctrina tua a
viro ſancto tuo quē ꝓbaſti in temptatōne:⁊
iudicaſti ad aquas cōtradictōnis. Qui dixit
patri ſuo ⁊ mr̄i ſue:neſcio vos.⁊ fratribꝰ ſuis
ignoro illos:⁊ neſcierūt filios ſuos. Hi cuſto=
dierūt eloquiū tuū ⁊ pactū tuū ſeruauerunt
iudicia tua o iacob:⁊ legē tuā o iſrl̄. Ponent
thymiama in furore tuo:⁊ holocauſta ſup al
tare tuū. Bn̄dic dn̄e fortitudini eiꝰ:⁊ opa ma
nuum illiꝰ ſuſcipe. Percute dorſa inimicoꝝ
eiꝰ:⁊ q̄ oderūt eū nō ꝯſurgāt. Et beniamī ait
Amantiſſimus dn̄i:habitabit cōfident in eo
quaſi in thalamo tota die morabit:⁊ int hu=
meros illius requieſcet. Joſeph q̄qꝫ ait. De
bn̄dictione dn̄i terra eiꝰ:de pomis celi ⁊ rore
atqꝫ abyſſo ſubiacēte. De pomis fructuū ſo=
lis ac lune:de vertice antiquorum montiū:de
pomis colliū eternoꝝ ⁊ de frugibꝰ terre:⁊ de
plenitudine eiꝰ. Bn̄dictio illius q̄ apparuit in
rubo veniat ſup caput ioſeph:⁊ ſup verticē
nazarei int fratres ſuos. Quaſi primogeniti
tauri pulcritudo eius:cornua rhinocerotis
cornua illius. Jn ipis ventilabit gentes vſqꝫ
ad t̄minos terre. He ſunt mlt̄itudines ephra=
im:⁊ hec milia manaſſe. Et zabulon ait. Le/
tare zabulon in exitu tuo:⁊ yſachar in taber=
naculis tuis:pp̄los vocabūt ad mōtē:ibi im
molabunt victimas iuſticie. Qui inundatio/
nem maris quaſi lac ſugēt ⁊ theſauros abſcō
ditos arenarū. Et gad ait. Bn̄dictꝰ in latitu
dine gad. Quaſi leo requieuit:cepitqꝫ brachiū
⁊ verticē. Et vidit pn̄cipatū ſuum ꝙ in pte ſua
doctor eſſet repoſitꝰ:q̄ fuit cū pn̄cipibꝰ popu=
li ⁊ fecit iuſticias dn̄i:⁊ iudiciū ſuū cū iſrael.
Dan quoqꝫ ait. Dan catulus leonis fluet lar
giter de baſan. Et neptalim dixit. Neptalim
abūdatia pfruet:⁊ plenꝰ erit bn̄dictionibus
dn̄i. Mare ⁊ meridiē poſſidebit. Aſer quoqꝫ
ait. Bn̄dictꝰ in filijs aſer. Sit placēs in fribꝰ
ſuis:⁊ tingat in oleo pedē ſuū. Ferrū ⁊ es cal
ciamentū eiꝰ. Sic dies iuuētut̄ tue:ita ⁊ ſene
ctus tua. Nō eſt alius vt deꝰ rectiſſimi. Aſcē
ſor celi auxiliator tuꝰ. Magnificētia eius diſ
currunt nubes:habitaculum eius ſurſum:et
ſubter brachia ſempiterna. Ejiciet a facie tua
inimicum dicetqꝫ conterere. Habitabit iſrael
cōfidenter ⁊ ſolus. Oculus iacob in terra fru



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mentiſ et vini: celiqꝫ caligabūt roꝛe. Btūs tu
iſrael. Quis ſimilis tui: pplē qui ſaluaris in
dño? Scutū auxilij tui: et gladius gloꝛie tue.
Negabūt te inimici tui: et tu eoꝛum colla cal-
cabis. XXXIIII

Aſcendit ergo moyſes de cāpeſtribuſ
moab ſup mōtē nebo in verticē phaſ
ga contra hiericho oſtenditqꝫ ei dñs
oēm terrā galaad vſqꝫ dan: ⁊ vniūſum nepta
lim terramqꝫ ephꝛaim et manaſſe ⁊ oēm terrā
iuda vſqꝫ ad mare nouiſſimū: ⁊ auſtralē ptē
⁊ latitudinē campi hiericho ciuitatis palma
rum vſqꝫ segoꝛ. Dixitqꝫ dñs ad eū. Hec ē ter
ra ꝑ qua iuraui abꝛaā yſaac et iacob dicens.
Semini tuo dabo eā. Uidiſti eā oculis tuis
⁊ nō trāſibis ad illā. Moꝛtuuſqꝫ ē ibi moy-
ſes ſeruus dñi in terra moab iubente dño: et
ſepeliuit eum in valle terre moab cōtra pho-
goꝛ: ⁊ nō cognouit hō ſepulcrū eiꝰ vſqꝫ in p̄-
ſentem diem. Moyſes centū ⁊ viginti anno-
rū erat qñ moꝛtuus ē. Nō caligauit oculꝰ eiꝰ
nec dentes illius moti ſunt. Fleuerūtqꝫ eum
filij iſrł in campeſtribus moab triginta diebꝰ
⁊ cōpleti ſunt dies planctus lugētiū moyſen
Joſue vero filius nun repletꝰ ē ſpiritu ſapien-
tie: qꝛ moyſes poſuit ſup eū manus ſuas. Et
obedierūt ei filij iſrael feceruntqꝫ ſicut p̄cepit
dñs moyſi. Et nō ſurrexit ꝓpheta vltra ī iſrł
ſicut moyſes quē noſſet dñs facie ad faciē in
oībus ſignis atqꝫ poꝛtētis que miſit ꝑ eum
vt faceret in terra egypti pharaoni ⁊ oībꝰ ſer
uis eius vniūſeqꝫ terre illiꝰ: ⁊ cūctā manū ro
buſtā magnaqꝫ mirabilia que fecī moyſes co-
ram vniuerſo iſrael.

Explicit Deutronomiū. Incipit ꝓlogus be
ati Hieronymi p̄ſbyteri in librū Joſue.

Tandem finito pentateuco moy
ſi velut grādi fenoꝛe liberati ad
ieſum filiū naue manū mittimꝰ
quem hebꝛei ioſue bennun .i. io
ſue filiū nun vocāt: ⁊ ad iudicū
librū quē ſopthim appellant: ad ruth quoqꝫ
⁊ heſter q̄s eiſdē noībꝰ efferūt. Monemuſqꝫ
lectoꝛē vt ſiluā hebꝛaicoꝛū nominū: ⁊ diſtin-
ctiones ꝑ mēbꝛa diuiſas: diligens ſcriptura
ꝯſeruet: ne ⁊ noſter laboꝛ ⁊ illiꝰ ſtudium pere
at. Et vt in p̄mis qd̄ ſepe deteſtarꝰ ſū ſciat me
non in rep̄henſionē veterū noua cudere ſicut
amici mei criminanꝛ: ſed ꝓ virili poꝛtiōe of-
ferre lingue mee hoībus quos tm̄ noſtra de-
lectant. vt ꝓ grecoꝛum hexaplis q̄ et ſumptu
⁊ laboꝛe maximo indigent: editionē noſtram
habeāt. Et ſicubi in antiquoꝛum voluminū
lectione dubitarint. hec illis conferentes in-
ueniant quod requirunt. Maxime cū apud
latinos tot ſint exemplaria q̄t codices: ⁊ vnꝰ
quiſqꝫ ꝓ arbitrio ſuo vel addiderit vł ſubtra
xerit quod ei viſum eſt. ⁊ vtiqꝫ nō poſſit verū
eſſe quod diſſonat. Uñ ceſſet arcuato vulne-
re contra nos inſurgere ſcoꝛpius: ⁊ ſcm̄ opus
venenata carpe lingua deſiſtat: vel ſuſcipiēs
ſi placet: vel cōtemnens ſi diſplicet: memine-
ritqꝫ illoꝛū verſuū. Os tuū abundauit mali-
cia: ⁊ lingua tua concinnabat dolos. Sedēs
aduerſus fratrē tuū loquebaris: ⁊ aduerſus
filium matris tue ponebas ſcandalū: hec feci
ſti ⁊ tacui. Exiſtimaſti inique ꝙ ero tui ſimi-
lis: arguā te et ſtatuā illa cōtra faciem tuam.
Que eñ audiētis vel legentis vtilitas ē nos
laboꝛando ſudare: ⁊ alios detrahendo labo-
rare dolere iudeos ꝙ calūniandi eis ⁊ irridē-
di chꝛiſtianos ſit oblata occaſio: ⁊ ecclīe ho-
mines id deſpicere: imo lacerare vñ aduſarij
toꝛq̄anꝛ? Q̄ ſi vetus eis tm̄ interp̄tatio placꝫ
que ⁊ mihi nō diſplicet: ⁊ nihil extra recipiē
dum putant: cur ea que ſub aſtericis ⁊ obe-
lis vel addita ſunt vel amputata legunt ⁊ ne
gligunt? Quare danielem iuxta theodotio-
nis traditionē eccleſie ſuſceperūt? Cur oꝛige-
nem miranꝛ ⁊ euſebiū pamphili: cūctas edi-
tiones ſimiliter differentes? Aut q̄ fuit ſtulti-
cia: poſtq̄ꝫ vera dixerint ꝓferre que falſa ſūt
Uñ aūt in nouo teſtamento ꝓbare poterunt
aſſumpta teſtimonia que in libꝛis veteribus
nō habenꝛ. Hec dicimus ne oīno calūnianti
bus tacere videamur. Ceterū poſt ſctē paule
doꝛmitionem cuius vita virtutis exemplum
eſt: ⁊ hos libꝛos quos euſtochio v̄gini chꝛi-
ſti negare non potui: decreuimus dum ſpiri-
tus hos regit artus pꝛophetarū explanatiōi
incūbere: ⁊ omiſſum iā diu opus quaſi quo-
daz poſtliminio repetere: p̄ſertim cū ⁊ āmira
bilis ſanctuſqꝫ vir pāmachius hoc idem lit-
teris flagitet: ⁊ nos ad patriā feſtināces moꝛ
tiferos ſyrenarum cantus ſurda debeamus
aure tranſire.

Explicit pꝛologus. Incipit argumentum.

Jeſus filius naue: typum domi
ni nō ſolum in geſtis: verūetiaꝫ
in noīe gerens: tranſit ioꝛdanē.
hoſtiū regna ſubuertit: diuidit
terram victoꝛi populo: et ꝑ ſin-
gulas vrbes viculos. montes. flumina. toꝛ-
rentes atqꝫ confinia eccleſie celeſtiſqꝫ hieru-
ſalem ſpiritalia regna deſcribit.

Explicit argumentum. Incipit
liber Joſue. Capitulum pꝛimum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf